

11-E-87

CA  
T ROMANORVM  
NA.

T. MACCI PLAVTI  
M E N A E C H M I

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCXCV

11-E-87

T. MACCI PLAVTI

M E N A E C H M I

---

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCV

T. MACCI PLAVTI  
M E N A E C H M I

ÚSTŘEDNÍ KNIHOVNA  
PRÁVNICKÉ FAKULTY UJEP  
STARÝ FOND  
Č. inv.: 01323

SEMINÁRNÍ

Hist.-práv.



KNIHOVNA

oddělení:

## PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS  
 MENAECMVVS I  
 MENAECMVVS II (SOSICLES) } ADVLESCENTES  
 EROTIVM MERETRIX  
 CYLINDRVS COQVVS  
 MESSENIO SERVVS  
 ANCILLA  
 MATRONA  
 SENEX  
 MEDICVVS

Koupi od	prof. Coeblers
Darem od	_____
v	fm̄ 20-
Inv	34.837

## ARGVMENTVM

Mercátor Siculus, quóí erant gemini filii,  
 Eí surrupto | áltero mors óptigit.  
 Nomén surrupti | illi | indit qui domist  
 Auós paternus: fácit Menaech<m>um e Sósicle. 5  
 Et ís germanum, póstquam adoleuit, quaéritat  
 Circum ómnis oras. póst Epidamnum déuenit:  
 Hic fúerat alitus ille surreptícus.  
 Menaéchnum | omnes cíuem credunt áduenam  
 Eúmque appellant méretrix, uxor ét socer.  
 I[i] sé cognoscunt frátres postremo ínuicem. 10

2. altero mor soptigit *vel* alię rumor soptigii || 3. surrepit  
*vel* surrepiti || 4. paternos || 6. *solus habet B* || 7. auitus | sur-  
 repticius *vel* subrepticus || 10. *del Osannus* | se *vel* si ||

## PROLOGVS

Salútem primum iam á principio própítiam,  
 Mihi átque uobis, spéctatores, núntio.  
 Appórtó uobis Plaútum — lingua, nón manu:  
 Quaeso út benignis áccipiatis aúribus.  
 Nunc árgumentum accípíte atque animum aduórtíte: 5  
 Quam pótero in uerba cónferam paucíssima.

(Atque hóc poetae faciunt in comoéidiis:  
 Omnis res gestas esse Athenis autumant,  
 Quo | illud uobis graecum uideatúr magis.  
 Ego núsquam dicam, nísí ubi factum dicitur. 10  
 Atque ádeo hoc árgumentum graecissát: tamen  
 Non átticissat, †uérum sicilicissat.  
 Huic árgumento antélogium hoc fuit <ínterim>:  
 Nunc árgumentum uóbis demensúm dabo,  
 Non módio neque trimódio, uerum ipso hórreo: 15  
 Tantum ád narrandum árgumentum adest benignitas.)

Mercátor quídam fuit Syracusis senex.  
 Eí sunt natei filii geminei duo,  
 Ita fórma simili puérei, ut matér sua  
 Non ínternosse póset quae mammám dabat, 20  
 Neque ádeo matér ípsa quae illos pépererat: —

7—16. secl Osannus || 12. sed sicilissat Festus Pauli ||  
 13. ante elogium (vel elongium): corr ex Ausonio | suppl Schoe  
 ex Ausonio || 14. demensum vel demensum || 21. Neque vel Noque |  
 pepererat (sic Nonius) vel peperat ||

Vt quídem ille dixit míhi qui pueros uíderat:  
 Ego illós non uidi, néquis uostrum cénseat. —  
 Postquám iam pueri séptuennes súnť, pater 25  
 Oneráuit nauim mágnam multis mércibus.  
 Inpónit geminum | álterum in nauém pater,  
 Taréntum auexit sécum ad mercatúm simul:  
 Illúm reliquit álterum apud matrem domi.  
 Tarénti Iudei fórté erant, quom illúc uenit: 30  
 Mortáles multi, út ad ludos, conuénérant:  
 Puer ínter homines †aberrauit á patre.  
 Epidánniensis quídam ibi mercatór fuit:  
 Is puérum tollit áuehitque Epidánn(um) eum.  
 Pater éius autem póstquam puérum pérdidit, 35  
 Animúm despóndit: eáqu(e) is aegritúdi-  
 Paucis diebus póst Tarenti emórtuost.  
 Postquám Syracusas de eá re rediit núntius  
 Ad auóm puérorum, puérum surruptum álterum  
 Patrémque pueri †Tarenti esse emórtuom, 40  
 Immútat nomen áuos huic gemino álteri.  
 Ita illúm dilexit quí subruptust álterum:  
 Illíus nomen índit illi quí domist,  
 Menaécemo, idem quod álteri nómen fuit.  
 Et ípsus eodemst áuos uocatus nómine. 45  
 Proptérea illius nómen memini fácius,  
 Quia illúm clamore uídi Hagitarier.  
 Ne móx erretis, iám nunc praedicó prius:  
 Idémst ambobus nómen geminis frátribus.  
 Nunc ín Epidánnum pédibus redeundúmst mihi, 50  
 Vt hánc rem uobis éxamussim disputem.  
 Siquis quid uostrum Epidánni curari sibi  
 Velít, audacter ímperato et dícito:  
 Sed ita út det, unde cúrari id possit sibi.

22. dixit mihi vel mihi dixit || 23. solus habet B || 25. nauim  
 vel nauem || 26. geminum vel gemitum || 29. Iudei vel iudei ||  
 33. epidannium: corr Sey || 34. perdidit vel pedidit || 35. despon-  
 dit vel disponit || 37. rediit vel redit || 43. Mena (vel Mane) hecno ||  
 51. epidannum || 52. uelit v. 51 adhaeret || 53. ut deinde B<sup>2</sup> ||

Nam nisi qui [non] arg[um]entum déderit, nugas  
égerit:

[Nam nisi] Qui déderit, magis maióres nugas égerit. 55

Verum illuc redeo unde ábií atque uno adsto in loco.

Epidamniensis ille, quem dudum díxeram,  
Géminus illum puerum qui surrupuit álterum,

Ei liberorum, nisi diuitiae, nil erat.

Adóptat illum púerum surruptíciū 60

Sibi filium eique uxórem dotatam dedit

Eúmque heredem fécit, quóm ipse obiit diem.

Nam rús ut íbat fóрте, ut multum plúerat,

Ingréssus fluuium rápidum ab urbe haud lóngule,

Rapidús raptori púeri subduxit pedes. 65

Apstráxitque hominem in máxumam malám crucem:

Illí diuitiae | éuenerunt máxumae.

Is illic hábitat géminus surruptícius.

Nunc ille geminus qui Syracus[s]ís habet

Hodie in Epidamnum uénit cum seruo suo 70

Hunc quaéritatum géminum germanum suum.

Haec úrbs Epidamnum ést, dum haec agitur fábula:

Quando ália agetur, áliud fiet óppidum.

Sicut familiae quoque solent mutári(er):

Modo íncaditat leno, módo adulescens, módo senex, 75

Paupér, mendicus, réx, parasitus, háriolus. 76<sup>a</sup>

\* \* \* \* \* elis \* \* \* \* \* 76<sup>b</sup>

54. del Beroaldus || 55. del Py || 56. redeunde: corr B<sup>2</sup> ||  
58. alteram vel alterum || 59. diuitiae || 62. quam: corr Pius  
(qua — die B<sup>2</sup>) || 64. rapidum burbe: corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup> || 65. fides:  
corr Py || 68. Istilic: corr B<sup>2</sup> (cum A, ut vid) || 69. habitat  
vel habet || 70. seruo suo vel suo seruo || 74. add Ca || 76<sup>b</sup>. solus  
habet A ||

## ACTVS I

PENICVLVS  
PARASITVS

Iuuentus nomen fécit Peniculó mihi,

5. Ideo quia mensam, quándo edo, detérgeo.

\* \* \* \* \*

Hominés captiuos qui catenis uínciunt

Et qui fugitiuis séruis indunt cómpedes, 80

Nimis stúlte faciunt meá quidem senténtia.

Nam <hoc> hómimi misero si ad malum accedit malum,

Maiór lubidóst fúgere et facere néquiter.

Nam se ex catenis éximunt aliquó modo,

†Tum cómpediti | ánum lima praéterunt 85

Aut lápide excutiunt cláuom: nugae súnť eae.

Quem tu ádseruare récte ne aufugiát uoles,

Esca atque potióne uinciri decet:

Apud ménsam plenam | hómimi rostrum délignes.

Dum tu illi quod edit ét quod potet praébeas 90

Suo árbitratu <usque> ad fatim cottídie.

Númquam hércle effugiet, tam étsi capital fécerit.

Fácilé ádseruabis, dúm eó uincla uíncies.

Ita istaéc nimis lenta uíncla súnť escária:

Quam mágis extendas, tánto adstringunt ártius. 95

Nam ego ad Menaechmum | hunc eo, quo iám diu

Sum iúdicatus: últro eo, ut me uínciat.

Nam | illic homo homines nóń alit, uerum éducat

78. lac sign Ri || 82. add Mue | accedit vel accidit ||  
85. anum praeterunt (sic Nonius) vel ianum praetereunt (pro-  
terunt B<sup>2</sup>) || 88. decet vel debet || 89. hominis rostrum deligis  
Nonius || 90. edit vel edat || 91. Suo vel Su | add Ri (fort cum A) ||  
92. hercle effugiet tam Nonius: edepol te fugiet iam (vel tiam:  
etiam B<sup>2</sup>): de A non liquet | capitale B<sup>2</sup> || 93. uincla vel uin-  
culo || 94. Ea enim fere lenta Nonius | scaria idem || 96 sq. dist  
Langenus || 98. alit vel alii (aut Nonius) ||

Recreátque: nullus mélius medicinám facit.  
 Itást adulescens: ípsus escae máxumae, 100  
 Ceriális cenas dát: ita mensas éxtruit,  
 Tantás struices cóncinnat patinárias:  
 Standúmst in lecto, síquid de summó petas.  
 Sed míhi interuallum iam hós dies multós fuit:  
 Domi †domitus sum usque cum careís meis: 105  
 Nam néque edo neque emo nísi quod est caríssimum.  
 Id quóque iam cari qui ínstruuntur déservunt.  
 Nunc ad eum inuiso. séd aperitur óstium:  
 Menaéchmum eecum ipsum uideo: progreditúr foras.

**MENAECHMVS I. PENICVLVS**  
 ADVLESCENS PARASITVS

ME. Ni mala, ni stulta sis, ni indomita impos-  
 que animi, 110

Quód uiro esse odió uideas, túte tibi odio hábeas.  
 Praéterhac sí mihi tale post hunc diem  
 Fáxis, faxó foris uídua uisás patrem.

Nám quotiéns foras íre uoló, mé retinés, reuocás,  
 rogitás:  
 Quó ego eam, quám rem agam, quíd negoti  
 geram, 115

Quíd petam, quíd feram, quíd foris égerim.

Pórtitorém domum dúxi: ita omném mihi  
 Ré m necesse éloquist, quícquid egi átque ago.

Nímiúm ego te hábui delicatam. núnc adeo, ut factúrus,  
 dicam.

100. *dist Weisius* || 101. *Certalis* (Certe talis B<sup>2</sup>) et men-  
 sam: *corr ex Festo* || 103. *summa Donatus, ut vid* || 105. *Domi*  
*vel Domo* | sum usque *vel* summusque || 106. *neque (sic A) vel*  
*que* || 107. *instruntur vel instruuntur* || 110. *ictus omisimus ubi*  
*metra incertiora* || 114. *ROGAS* || 116. *detam (dedam B<sup>2</sup>): corr Ca*  
*egerim B ras (fort cum A): legerim* || 117 sq. *dixit ita mihi ne-*  
*cesse Nonius* | loqui est: est eloqui *Nonius* ||

Quando égo tibi ancillás penum, 120  
 Lanam, aúrum, uestem, púrpuram  
 Bene praébeo nec quícquam eges, 121  
 Maló cauebis, sí sapis:  
 Virum óbseruare désines. 122

Átque adeo, ne mé nequiquam sérues, ob eam in-  
 dústriam  
 Hódie ducam scórtúm atque aliquo ad cénam con-  
 dicám foras.

PE. Íllíc homo se uxóri simulat mále loqui, loquitúr  
 mihi: 125

Nám si foris cenát, profecto me, haúd uxorem, ul-  
 císcitur.

ME. Eúax, iurgio hércle tandem uxórem abegi ab  
 iánua.

Vbi súnť amatorés mariti? dóna quíd cessánt mihi  
 Conférre omnes congrátulantes, quía pugnaui fór-  
 titer?

Hanc módo uxóri íntus pallam súrrupui: ad scórtúm  
 fero. 130

Sic hóc decet, darí facete uérba custodí catae:  
 Hoc fácinus pulcrumst, hóc probumst, hoc lépidumst,  
 hoc factú(m)st fabre:

Meó maló a mala ábstuli, hoc ad dámmum deferétur.  
 Auórti praedám ab hóstibus nostrúm salute sócium.

PE. Heús adulescens, écqua in istac párs inest prae(dá)  
 mihi? 135

ME. Périi, in insidiás deueni. PE. Immo ín praesidium:  
 né time.

120 sqq. *discr Geppertus* (v. 120<sup>a</sup> *dispersunt AB* [Ancillas],  
*dein duo v. sunt in B* [Malo], *tres in A*) | *Linum lanam praebeo*  
*neque quicquam Seruius* [AN[am]L[inum?]]— *A, ut vid* ||  
 123. *nequicquam vel quicquam: corr B<sup>2</sup>* || 124. *ad cenam atque*  
*aliquo (item A): trahi Ac* || 127. *iurgio tandem Varro* || 129. *quia*  
*vel qui* | *fortiter vel foriter* || 131. *Sic vel Si* | *dist Geppertus* ||  
 134. *Auerti (sic Priscianus) vel Aduerti* || 135. *et qua: corr B<sup>2</sup>*  
*add Ca* || 136. *deuenit: corr B ras* ||

ME. Quis homost? PE. Ego sum. ME. O[h] méa  
Commoditas, ó mea O<p>portúnitas,  
Salue. PE. Salue. ME. Quid agis? PE. Teneo déxt(e)ra  
geniúm meum.

ME. Nón potuisti mágis per tempus míhi aduenire quam  
aduenis.

PE. Ita ego soleo: commoditatis ómnis articulós scio. 140

ME. Vín tu facinus lúculentum inspicere? PE. Quis  
id coxit coquós?

Iám sciam, siquíd titubatúst, úbi reliquias úidero.

ME. Dic míhi, enumquam tú uidisti tabulam pictam in  
páriete,

Vbi aquila Catameítum raperet, aut ubi Venus Adóneum?  
PE. Saépe. sed quíd istae picturae ad me ádrintent?

ME. Age me áspice. 145

Écquid adsimuló similiter? PE. Qui ístic ést ornátus tuós?

ME. Dic hominem lepidíssimú esse mé. PE. Vbi  
essurí sumus?

ME. Dic módo hoc quod égo te iubeo. PE. Dico:  
homo lepidíssime.

ME. Écquid audes dé tuo ístuc áddere? <PE.> Atque  
hilaríssime.

ME. Pérge. PE. Nón pérge hercle, nísi scio qua  
grátia.

Lítigium tibíst cùm uxore: [ME.] <e> míhi abs te  
caueo cautiús.

ME. Clám uxorem † ubi sepulcrum habeamus atque hunc  
conburámús diem. 152. 153

PE. Áge sanè igitur, quádo aequom oras, quáam mox  
incendó rogum?

138. quid vel qui | add Ca || 139. quam vel quem || 141. quo-  
cus || 142. titubatúst vel titubatust || 143. numquam vel numqua:  
corr ex Ausonio || 144. catamítum et adonem B<sup>2</sup> || 146. Ecquid  
vel Equid || 148. quod vel quo | dico vel dic || 149. Ecquid vel Et  
quid | atqui || 151. Litídium vel Litútium: corr B<sup>2</sup> | del Ac | o vel  
oh: corr Ri || 152 sq. clam uxorem est Charisius | conburna us  
vel combura////us (corr B<sup>2</sup>) || 154. incendio rogum om B<sup>1</sup> ||

Días quidem iam ad úmbilicum ést dímidiatús mór-  
tuos. 155

<ME.> Té morare, míhi quóm obloquere. <PE.> Ócu-  
lum ecfodito pér solum

Míhi, Menaechme, si úllum uerbum fáxo, nísi quod  
iússeris.

ME. Cóncede huc a fóribus. PE. Fiat. ME. Étíam  
concede húc. <PE.> Licet.

ME. Etíam nunc cóncede audacter áb leóninó cauo.

PE. Eú edepól ne tu, út ego opinor, ésses agitatór  
probus. 160

<ME.> Quidum? PE. Ne te uxór sequatur, réspéctas  
idéntidem.

ME. Séd quíd ais? PE. Egone? íd enim quod tu úis,  
íd aio atque íd nego.

ME. Ecquid tu de odóre possis, siquíd forte olféceris,

Fácere coiectúram cu \* \* \* <PE.> \* \* \* \* \*

C \* o \* s \* asu \* \* \* cáptum sit collégium. 165

<ME.> Ágedum, odorare hánc quam ego habeo pállam:  
quíd olet? ápstines?

PE. Súmmum | olfactáre oportet uéstimentum mulíebre:

Nam ex ístoc locó spurcatur násum odore † inlucido.

ME. Ólfacta igitur hínc, Penicule: lépide ut fastidís.

<PE.> Decet.

<ME.> Quid igitur? quíd olét? responde. PE. Fúrtum,  
scortum, prándium. 170

155. iam dum bilicum: corr B<sup>2</sup> cum Gellio | dimidiatus  
mortuus est Gellius || 156. Nemorare B<sup>2</sup> | quam (quin B<sup>2</sup>) |  
oculum ecfodito vel ocellum hec fodito | psolū om B<sup>1</sup> || 157. Mi  
vel Mihi | iusseris vel ius eris || 158. etiam ME. vel ME. etiam ||  
161. #NE: ne || 162. QUIDAISEGON—: quid (vel quis) agis PE.  
Egone | ato vel dato: corr B | nega: corr B<sup>2</sup> || 163. ECQUID: Hec  
quid (corr B) || 164 sq. FACERECOLECTURAMCUMI— et  
CPOIS\*ASUTTUS—: Facere coniecturam (vel coniecturum)  
captum sit collegium | add Lipsius || 166. quid vel quod || 168.  
Nam ex (sic A) vel Nam: Nec Nonius | isto idem | modori: corr  
B<sup>2</sup> cum Nonio | inlubitili Nonius || 169. OLFACTA: Difacta | add  
Sarac || 170. add Scu | quid vel quod ||



ME. Tíbi fua \* \* qu \* \* \* \* \*

Élocutus: nam \* \* \* \* \*

Núnc ad amicam déferetur hánc meretricem Erótium.  
Míhi, tibi atque illí iubebo iam ádparari prándium.

<PE.> Eu.

<ME.> Índe usque ad diúrnam stellam crástinam †pote-  
rimus. <PE.> Eu. 175

Éxpedite fábulatu's. iám foris ferió? ME. Feri.

Vél mane etiam. <PE.> Mille passum cómmoratu's  
cántharum.

<ME.> Plácide pulta. PE. Métuis credo, né fores Sa-  
miaé sient

F \* \* \* \* \*

ME. Máne mane, obsecro hércle: <e>apse ecce<m> éxit:  
oh, solém uides, 180

Sátin ut occaecátus<t> prae huius córporis candóribus?

**EROTIVM. PENICVLVS. MENAECHMVS I**  
**MERETRIX PARASITVS ADVLESCENS**

ER. Ánime mei, Menaécheme, salue. PE. Quíd ego?  
ER. Extra numerum és mihi. 182

PE. Ídem istuc aliis ádscriptiuis fieri ad legioném  
solet. 184

ME. Égo istic mihi hodie ádparari iússi apud te  
proélium.

<ER.> Hódie id fiet. <ME.> Ín eo uterque proélio  
potábimus.

171 sq. *solus habet A* | FUAÑ—(vel FUAT—)AEQU— ||  
174. iubebo (*sic A*) vel iubeo | (PRANDI)UMEU: prandium | *add*  
*Loewius* || 175. DIURNAM: diurnum | POTERIMUSEU: potabimus:  
*add Ri* || 176. fabulatus: *corr Lamb* | fores ferio: FERIOFO-  
RIS || 177. *add Ac* | commoratus: *corr Pistoris* || 178. SIENT:  
scient (*corr B<sup>2</sup>*) || 179. *solus habet A* || 180. ab se: *corr Ac* |  
—CA(vel PA)EXIT(OSO)LEMUIDE(S?) | *add Bo* | oh vel PE. oh ||  
181. Sátin vel Santin | *add Py* || 184. ad legionem fieri: *trai ex*  
*Varrone et A* || 186. *add Gru* | fiet: *corr Gru* | proelio: *corr Scal* ||

Vter ibi meliór bellator érit inuentus cántharo,  
†Tuest legio adiúdicato †cum utro hanc noctém sies.  
Vt ego uxorem, méa uoluptas, úbi te aspicio, odí male.  
<PE.> Ínterim nequís quin eius áliquíd indutús  
sies. 190

ER. Quíd hoc est? ME. Induuiaé tuae atque uxóris  
exuuiaé, rosa.

ER. Súperas facile, ut súperior sis míhi quam quis-  
quam qui ímpetrant.

PE. Méretrix tantispér blanditur, dúm illud quod  
rapiát uidet: 193

Nám si amabas, iám oportebat násum abreptum mór-  
dicus. 195

ME. Sústine hoc, Penícule: exuuias fácere quas  
[s]uouí uolo.

<PE.> Cédo. sed obsecro hércle, salta síc cum palla  
póstea.

<ME.> Égo saltabo? sánus hércle nón es. <PE.> Egone  
an tú magis?

Éxue igitur, sí non saltas. ME. Nímio ego hanc pe-  
riculo

Súrrupui hodie. <PE.> Meó quídem animo ab <H>íp-  
<p>olyta subcúngulum 200

Hércules haud aéque magno unquam ábstulit perículo.

ME. Cápe tibi hanc: quando úna uiuis mieís morigera  
móribus.

PE. Hóc animo decét animatos ésse amatorés probos,  
Quí quídem ad mendícitatem próperent se detrudere.

187. Vtrobi *B<sup>2</sup>* || 188. SIES: scies (*corr B*) || 189. uxorem meam  
*vel uxore mea* || 190. *add Vss* | saliquid: *corr B* | INDUTUSSIES: in-  
dutus (*vel* intata) sis || 195. iam dudum oportuit nasum adeptum  
*Nonius* | nasum *vel* nassum | mordicus *vel* modicus || 196. *del*  
*Ca* || 197—199. *pers add Ac* || 199. Si non saltas exuigitur (*exue*  
*igitur B<sup>2</sup>*): *trai ex A* || 200. PE. *add Schoe* | subgingulum: *corr*  
*B<sup>2</sup>* *cum Festo* || 201. HAUDHERCULES: Haud hercules *vel* Aud  
hercules: *trai Lamb* (*fort cum Festo*) || 202. CAPEITIBI | meis  
*B<sup>2</sup>* || 204. mendicitatem (*sic A*) *vel* medicitatem | PROPERENTSE:  
*se proderent* (*proderint B<sup>2</sup>*) ||

ME. Quattuor minis ego emi istam anno uxori  
meae. 205  
PE. Quattuor minae perierunt plane, ut ratio red-  
ditur.  
ME. Scin quid uolo ego te accurare? ER. Scio: cu-  
rabo quae uoles.  
ME. Iube igitur tribus nobis apud te prandium accu-  
rari,

Atque aliquid scitamentorum de foro opsonariis:  
Glántonidam, suillam, lardum, pernonidam 210  
Aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad eum modum,  
Máda quae mihi adposita in mensam mulinam sug-  
gerant.

Atque actutum. ER. Licet ecastor. ME. Nos pro-  
dimus ad forum:

Iam hic nos erimus. dum quoquetur, interim potabimus.  
ER. Quando uis, ueni: parata res erit. <ME.> Pro-  
pera modo. 215

Sequere tu. PE. Ego hercle uero te et seruabo et te  
sequar,

Néque hodie, ut te perdam, meream deorum diuitias  
mihi.

ER. Euocate intus Cylindrum mihi quoquam actutum  
foras.

205. ego mi: *corr B<sup>2</sup> (cum As, ut vid) | (IST)AM: stanc*  
*(istanc B<sup>2</sup>) || 206. Quattuor (sic A) vel Quotuoer | redditur (sic A)*  
*vel reditur || 207. uolo ego: UOLO | curabo (sic A) vel curaro*  
*|| 209. SCITAMENTORUM: sit amentorum (omentorum corr B)*  
*|| 210. SULLAM: sullam: corr B | lardum B<sup>2</sup> | pernonidem: AUT-*  
*PERNONIDAM || 211. sinciput omenta B<sup>2</sup> | porcina om B<sup>1</sup> ||*  
*212. in mensam (sic A) vel ///mensam | MULUI (vel LUI)NAM-*  
*SUGGERA || 213. #LICETECASTOR#: licet ecastor || 214. quo-*  
*quitur: corr Bent (fort cum A) || 216. et te (vel ti): TE ||*  
*217. meream (sic A) vel merear || 218. mihi cocum cylindrum*  
*Charisius ||*

EROTIVM. CYLINDRVS  
MERETRIX COQVOS

ER. Spórtulam cape atque argentum: éccos treis num-  
mós habes.

CY. Hábeo. ER. Abi atque obsónium adfer. tribus  
uide quod sít satis: 220  
Néque defiat néque supersit. CY. Quoíusmodi hic  
hominés erunt?

ER. Égo et Menaechmus ét parasitus éius. CY. Iam  
isti súnť decem:

Nám parasitus ócto | hominum múnus facile fúngitur.  
ER. Élocuta súm comuiuas: céterum curá. <CY.> Licet.

[CY.] Cócťa sunt: iube íre accubítum. ER. Rédi cito.  
CY. Iam ego híc ero. 225

ACTVS II

MENAECHEMVS II. MESSENIIO  
ADVLESCENS SERVOS

ME. Volúptas nullast náuitis, Messénio,  
Maiór meo animo, quám quando ex altó procul  
Terrám conspiciunt. <MES.> Máior, non dicám dolo,  
[Quam] Si adúeniens terram uideas, quae fuerít tua.  
Sed quaéssó, quamobrem núnc Épídamnum uénimus? 230

219. ECCOSTREIS: hec costris (*corr B<sup>2</sup>*) || 220. Habeo (*sic A*)  
*vel Abeo* || 221. HICHOMINES: hi omnes (hom. *B<sup>2</sup>*) || 222. me-  
naechmus (*sic A*) *vel mendechmus* || 223. munus: NUNC || 224. cu-  
raticet (*licet B<sup>2</sup>*): CURARILICET | *add Ca* || 225. Cocta (*sic A*)  
*vel Coacta* | IUBEIRE: iubire (*corr B<sup>2</sup>*) | #REDICITO#: redi  
cito || 226. UOLUPTASNULLAEST (*item Placidus*): Nullast uoluptas ||  
227. QUAMQUOMEX: quam quum (*vel quin vel quam*) ex: *corr*  
*ex Placido* || 228. prospiciunt maior est *Placidus* | dolor *B<sup>2</sup>* ||  
229. del *Ac* | conspicias *Placidus* || 230. epidamnum *vel in epi-*  
*damnum* ||

An quási mare omneis círcumimus ínsulas?  
 <ME.> Fratrem quaesitum géminum germanum meum.  
 <MES.> Nam quid modi futurumst illum quaerere?  
 Hic ánnus sextust, póstquam <e>i re[h]i operam damus.  
 Histrós, Hispanos, Mássiliensis, Hílurios, 235  
 Maré superum omne Graéciamque exóticam  
 Orásque Italicas ómneis, qua adgreditúr mare,  
 Sumus círcumuecti. sei acum, credo, quaereres,  
 Acum ínuenisses, sei áppareret, iám diu.  
 Hominem ínter uiuos quaerítamus mórtuom: 240  
 Nam ínueníssemus iám diu, sei uíueret.  
 <ME.> Ergo istuc quaero certum qui faciát mihi,  
 Quei sése deícat scíre eum esse emórtuom:  
 Operam praeterea númquam sumam quaerere.  
 Verum áliter uiuos númquam desístam éxsequi: 245  
 Ego illúm scio quam carús sit cordí meo.  
 MES. In scírpo nodum quaerís. quin nos hínce domum  
 Redímus, nisi si históriam scripturí sumus?  
 <ME.> Dictum fac cessas datum edis caueás malo:  
 Moléstus ne sis: nón tuo hoc fiét modo. MES.  
 <H>em, 250

Illóc enim uerbo ésse me seruóm scio:  
 Non pótuít paucis plúra plane próloquei.  
 Verúm tamen nequeo cóntineri quín loquar.  
 Audín, Menaechme? quom ínspicio marsúppium,  
 Viáticati hercle ádmodum aestiué sumus. 255  
 Ne tu hercle, opinor, nísi domum reuórtereis,  
 Vbi níl habebis, géminum dum quaerís, gemes.

234. sextus est: SEXTUS | ire hi (hinc B<sup>a</sup>): add Gru ||  
 236. superum (sic A) vel supremum || 239. tam diu: corr Gru ||  
 242. istunc B<sup>a</sup> | qui vel quid: QUIDID || 243. emortuum (sic A)  
 vel mortuum || 244. SUMMAM || 246. CARUSSITCORDI: cordi sit  
 carus || 249. fac cessas vel facessas | —TPISCAUEASMALO ||  
 250. Molestus vel Melestus | FIAT vel FFIET (vix FUT) ||  
 252. PROLOQUEI: proloqui vel proliqui || 253. CONTINERI: con-  
 tinere || 254. Audin vel Adi//// (Audi B<sup>a</sup>) || 255. aestinae:  
 AESTIUI || 256. ERCLE || 257. QUAERES ||

Nam itást haec hominum nátio: in Epidámnieis  
 Voluptárii atque pótatores máxumei:  
 Tum sýcophantae et pálpatores plúrumei 260  
 In úrbe hac habitant: tím meretrices múlieres  
 Nusquám perhibentur blándiores géntium.  
 Proptérea huic urbei nómen Epidamno índitu<m>st,  
 Quia némo ferme sine damno huc deuórtitur.  
 ME. Ego istuc cauebo. cedo dum huc mihi mar-  
 súppium. 265  
 MES. Quid eó ueis? ME. Iam aps te métuo de  
 uerbís tuis.  
 MES. Quid métuis? ME. Ne mihi dánnum in Epi-  
 damnó du<i>st.  
 Tu mágis amator múlierum es, Messénio,  
 Ego autem homo iracúndus, animi pérditi:  
 Id utrúmque, argentum quándo habe<b>o, cáuero, 270  
 Ne tú delinquas néu<e> ego irascár tibi.  
 MES. Cape átque serua: mé lubente féceris.

CYLINDRVS. MENAECHEMVS II. MESSENIO  
 COQVOS ADVLESCENS SERVOS

CY. Bene ópsonaui atque éx mea senténtia:  
 Bonum ánteponam prándium pransóribus.  
 Sed eecúm Menaechmum uídeo. uae tergó meo: 275  
 Prius iám conuiuae | ámbulant ante óstium,  
 Quam ego ópsonatu rédeo. adibo atque ádloquar.  
 Menaéchme, salue. ME. Dí te amabunt, quisquis <es.>  
 <CY.> Qu \* qu \* \* \* \* \* <quis> ego sim?

258. natio epidammia Nam ita est haec hominum: *trai et*  
*corr ex A* || 260. PLURUMEI: pluri || 264. QUA | SINEDAMNOHUC: huc  
 sine damno || 265. cauebo cedo (sic A) vel cauebo MES. cedo |  
 HUCMIHI: mihi huc || 267. add *Beroaldus* (dias B<sup>a</sup>) || 268. MAGIS:  
 magnus || 269. iracundis || 270. add *Py* || 272. iubente || 275. nae:  
*corr Gru* || 278 sq. amabunt quisquis ego sim: *ubi novum v.*  
*habet A* (QUISSUISP—) | *suppl Bent et Rii* ||

ME. Non hércle uero. <CY.> Vbí conuiuae céteri? 280  
 ME. Quos tú conuiuas quaéris? CY. Parasitúm tuom.  
 ME. Meúm parasitum? CY. Oe, cérté hic insanúst  
 homo.

MES. Dixín tibi esse hic sýcophantas plúrumos?  
 <CY.> \* \* \* \* r \* \* \* m \* \* \* u \* \* \* \*  
 ME. Quem tú parasitum quaéris, adulescéns, meum? 285  
 CY. Penículum. <MES.> Eccum in uídulo saluóm fero.  
 <CY.> Menaéchme, numero huc áduenis ad prándium:  
 Nunc ópsonatu rédeo. <ME.> Respondé mihi,  
 Aduléscens: quibus hic préteis porci uéneunt  
 Sacrés sinceri? CY. Númmeis. ME. Nummum a me  
 áccipe: 290

Iube té piari dé mea pecúnia.  
 Nam | équidem insanum | ésse te certó scio,  
 Qui míhi molestus' hómíni ignoto, quisquis es.  
 CY. Cylíndrus ego sum: nón nosti nomén meum?  
 ME. Sei tú Cylíndrus seú †Coriendrus, périeris. 295  
 Ego té non noui néque nouisse adeó uolo.  
 CY. Est tíbi Menaechmo nómen. ME. Tantum quód  
 sciam.

Pro sáno loqueris, quóm me appellas nómine.  
 Sed ubi <tu> me nouísti? CY. Vbi ego te nóuerim,  
 Qui amícam habes erám meam hanc Erótium? 300  
 ME. Neque hércle ego habeo néque te qui homo síis scio.

280. CY. *vel* MES.: *corr* *Sonnenburgius* | *erle* (*sic* A) *vel*  
*hercle* | *add* *Ri* || 282. #ORCERTE: ME. *Certe vel certe* || 284.  
*solus A habet* (—RINCUSM\*N—TU—) | *add* *Schoe* || 285.  
*parasitum vel para* | *adulescens (sic A) vel adules* | *MESUS* || 287.  
*Mena hec menum ero vel Menaechmum (lac) ero* || 288. *opso-*  
*natu redeo vel ipso nature deo* | *add* *Ca* (# A, *ut vid*) ||  
 289. (PRE)TIEIS: *pretii* | *UENEUNT (item Festus): ueniunt* | *quanti*  
*hic porci sunt Varro* || 290. *Sacris inceri: corr ex Festo* | #NUM-  
 MEIS#NUMMUM: *nummis*//// *vel nummis (nummos B<sup>2</sup>)* || 293. *mo-*  
*lestus: corr Lamb* | ES: *esci (corr B)* || 295. ME. *vel* MES.:  
*Seu tu: corr Mue* | *coriendrus: —L—* || 297. *mena hec mo:*  
 —HMO | #TANTUM: *tantum* || 298. *Pro vel ME. Pro* || 299. *add*  
*Py (fort. cum A)* | CY. *vel* MES. || 300. HABES: *habeas* ||  
 301. HERCLEEGG: *hercle* | QUI: *quis* ||

<CY.> Non scís quis ego sim, quí tibi saepíssume  
 Cyathíссо apud nos, quándo potas? MES. Eí mihi,  
 Quom níl est qui illi<c> hómíni dimminuám caput.  
 <ME.> Tun cyathissare míhi soles, qui ante húnc diem 305  
 Epidámmum numquam uídi neque uení? CY. Negas?  
 <ME.> Nego hércle uero. CY. Nón tu in illisce aédibus  
 Habes? ME. Dí illos homines qui illic habitant pérdunt.  
 CY. Insánit hic[e]quidem, qui ípse male dicít sibi.  
 Audín, Menaechme? ME. Quid uis? CY. Si me cón-  
 sulas, 310

Nummum illum, quem mihi dúdum pollicítus dare —  
 Nam tú quidem hercle cértó non sanús satis,  
 Menaéchme, qui nunc ípsus male dicás tibi —,  
 Iubeás, si sapias, porculum adferri tibi. 314  
 <ME.> †Tu hercle hominem múltum et odiosúm mihi. 316  
 <CY.> Solét iocari saépe mecum illóc modo.  
 Quam uís ridiculus ést, ubi uxor nón adest.  
 Qui<d> aís tu? <ME.> Quid uis? †inquam <CY.>

Satin hoc quód uides  
 Tribus uóbis opsonátu<m>st an opsono ámplius, 320  
 Tibi ét parasito et múlieri? ME. Quas [tu] múlieres,  
 Quos tú parasitos lóquere? MES. Quod te urgét scelus,  
 Qui huic síis molestus? CY. Quid tibi mecúmst rei?  
 Ego té non noui: cum hóc quem noui fábulor.  
 MES. Non édepol tu homo sánus es, certó scio. 325  
 CY. Iam ergo haéc madebunt fáxo: níl morábitur.  
 Proin tú nequo [h]abeas lóngius ab aédibus.

302. MES. D<sup>2</sup> | scis: sis (*corr* B<sup>2</sup>) || 303. *totas: corr B<sup>2</sup>* ||  
 304. *add Ri* | *dimminuam vel diminuam* || 305. *Tunc: corr B* |  
*cyatissare vel cratissare* || 306. ME. *vel* MES. || 307. *add D<sup>2</sup>* ||  
 308. *Habitas: corr Sey* | *que: corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* | *perdunt: corr B<sup>2</sup>* ||  
 309. CY. *vel* MES. | *del Bent* | *id se* || 310. *Aut in: corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* |  
*mena hec me* || 311 sq. *pollicitus et sanus: corr Lamb* || 316.  
*add Ri* || 317. *locari illoc vel illo* || 319. *tu quid vel tu qui:*  
*corr Bo* | *inquam satin* || 320. *uobis vel nobis* | *add Ca* || 321. ME.  
*vel* CY. | *del Py* || 322. *parafitos: corr D<sup>2</sup>* || 324. *Ego et cum vel*  
 ME. CY. *Ego et* MES. *cum* || 325. *Non vel* ME. CY. *Non* || 326.  
*Iam vel* MES. *Iam* || 327. *logius vel longius* ||

Numquid uis? ME. Vt eas máxumam malám cruce[m].  
 CY. Ire hércle meliust te — ínterim atque accúmbere,  
 Dum e[r]go haéc appono ad Vólcani uioléntiam. 330  
 Ibo íntro et dicam te híc adstare Erótio,  
 Vt te hínc abducatur pótius, quam híc adstés foris.  
 ME. Iamne ábiit? <abiit.> édepol haud mendácia  
 Tua uérba experior ésse. <MES.> Observató modo:  
 Nam istú meretricem crédo habitare múlierem, 335  
 Vt quídem ille insanús díxit qui hinc abiit modo.  
 ME. Sed múror, qui ille nóuerit nomén meum.  
 MES. Minume hércle mirum: mórem hunc meretricés  
 habent:

Ad pórtum mittunt séruolos, ancíllulas:  
 Siqua(é) peregrina náuis in portum áduenit, 340  
 Rogitánt quoiatis sít, quid ei nomén siet:  
 Postílla extemplo se ádplicant, adglútinant:  
 Si péllexerunt, pérditum amittúnt domum.  
 Nunc ín istoc portu stát nauis praedatória,  
 Aps quá cauendum nóbis sane cénseo. 345  
 ME. Monés quídem hércle récte. MES. Tum demúm  
 sciam

Recté monuisse, sí tu recte cáueris.  
 ME. Tace dúm parumper: nám concrepuit óstium.  
 Videámus qui hinc egréditur. <MES.> Hoc ponam  
 ínterim. 350  
 Adséruate haec súltis, naualés pedes.

328. Numquid vel ME. Numquid | in maximam B<sup>2</sup> || 329. CY. vel MES. | *distinaximus* || 330. ergo: corr D || 333. MES. Iamne vel Iamne | habit vel abit (corr B<sup>2</sup>) | *suppl Gru* | aut: corr B<sup>2</sup> || 334. Sua B<sup>2</sup> | exteriores se observato: corr Lipsius || 339. Ad vel A | seruolos vel seruolus || 340. Sed (Si B<sup>2</sup>) qua (vel quia): corr Bent || 341. Rogitant (sic etiam Priscianus) vel Rogant | siet vel sciet || 342. Post ille: corr Gul | acglutinant vel ac glutinat || 347. Recte vel Rete || 348. dum vel tum || 349. creditur: corr B | add Py || 350. si uoltis: corr Py ||

EROTIVM. MENAECHEMVS II. MESSENIO  
 MERETRIX ADVLESCENS SERVOS

ER. Sine fóres sic, abi: nolo óperiri.  
 Íntús para, curá, uide:  
 Quod opúst, fiat. sterníte lectos,  
 Incéndite odores: múnditia  
 Inlécebra animót amántum. 355  
 Amánti amoenitás malost, nobís lucrost.  
 Séd ubi illest, quem cóquos ante aedis ésse ait? atque  
 éccum uideo,  
 Quí mihist úsui et plúrumum pródest.  
 Ítem hinc ultro fit, út meret potíssimum nostraé domi  
 ut sít.  
 Nunc éum adibo: adloquar últro. 360  
 Animúle mei, mihi mirá uidentur  
 Te híc stáre foris, fores quoí pateant  
 Magis quám domus tua, domus quom haéc  
 tua sít.  
 Omné paratu(m)st, \* \* \* ro  
 Vt iússisti atque ut uólúisti: 365  
 Neque tíbist ulla mora íntús.  
 Prandíum, ut iússisti, híc curatu(m)st:  
 Vbi líbet, ire licet áccubitum.

351. abi vel ubi || 352—355. tres v. sunt (— fiat — odores): *discr Herm* || 352. para (parauí B<sup>2</sup>) curauí de: corr ex Varrone || 353. quid opus Varro || 355. inlecebra vel incelebra | amantum vel amantium || 356. malo si: corr Ca || 357. aedis se ait se atque: corr B<sup>2</sup> || 358. prostest: corr B<sup>2</sup> || 359. hic Nonius | ultro (sic Nonius) vel utro | potissimus (sic Nonius) vel potissimum || 360. ultri: corr B<sup>2</sup> || 363. domus tua (sic A) vel domus itua (sit tua B<sup>2</sup>) | QUOM: quam || 364—368. quinque v. sunt in A (— ro — tibi — [int]us — licet), tres in B (— tibi — intus): *discr Herm* || 364. parasitus tutius sisti (paratust ut iussisti B<sup>2</sup>): add Ca, lac sign ex A (—RO) || 366. cf. ad v. 110 | tibi Si (ull)am ora vel tibi sullam oras: corr B<sup>2</sup> || 367 sq. iuss///stihic curatust ubi vel iusst stihic curatus tibi ||

ME. Quicum haec mulier loquitur? ER. Equidem tecum. ME. Quid tecum tibi fuit unquam aut nunc est negoti? ER. Quia pol te unum ex omnibus 370 Venus me uoluit magnificare: neque id haud inmerito tuo.

Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis. ME. Certo haec mulier aut insana aut ebriast, Mensenio,

Quae hominem ignotum compellet me tam familiariter. MES. Dixi ego istaec haec solere fieri? folia nunc cadunt, 375

Praeut si triduum hoc hic erimus: tum arbores in te cadent.

Nam ita sunt hic meretrices: omnes elecebrae argentariae.

Sed sine me dum hanc compellare. heus mulier, tibi dico. ER. Quid est?

<MES.> Vbi tu | hunc hominem nouisti? ER. Ibidem, ubi hic me iam diu,

In Epidamno. MES. In Epidamno? qui huc in hanc urbem pedem 380

Nisi hodie numquam intro tetulit? <ER.> Heia, delicias facis.

[ER.] Mi Menaechme, quin amabo is intro? hic tibi erit rectius.

ME. Haec quidem edepol recte appellat meo me mulier nomine.

[MES.] Nimis miror, quid hoc sit negoti. <MES.> Oboluit marsupium

Huic [ME.] istuc quod habes. <ME.> Atque edepol tu me monuisti probe. 385

369. tres v. occupavit in A, ut vid | ER. vel MES. || 370. quia polt te vel qui pol te || 371. Venus (sic A) vel Fenus || 372. FACIS: facias || 375. fortia: corr B<sup>2</sup> || 377. dist Vahlenus || 378. dicos: corr B || 381. detulit B<sup>2</sup> | hia: corr B || 382. dist Geppertus || 384. miror vel minor | obuoluit: corr B<sup>2</sup> ||

Accipe dum hoc: iam scribo, utrum haec me magis amet an marsupium.

ER. Eamus intro, ut prandeamus. ME. Bene uocas: tam gratias.

ER. Cur igitur me tibi iussisti coquere dudum prandium?

ME. Egon[e] te iussi coquere? ER. Certo, tibi | et parasito tuo.

ME. Quoi, malum, parasito? certo haec mulier non sanast satis. 390

ER. Peniculo. ME. Quis istest Peniculus? qui exter- 395  
gentur baxee?

ER. Scilicet qui dudum tecum uenit, quem pallam mihi Detulisti, quam ab uxore tua surrupuisti. ME. Quid est?

Tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es? Certe haec mulier cant[h]erino ritu | astans somniat. 395

ER. Qui lubet ludibrio habere me atque ire infitias mihi

Facta quae sunt? ME. Dic quid est id quod negem, quod fecerim?

ER. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. ME. Etiam nunc nego.

Ego quidem neque unquam uxorem habui neque habeo: neque huc

Umquam, postquam natus sum, intra portam penetraui pedem. 400

Prandi in nau: inde huc sum egressus: te conueni. <ER.> Ecce,

[ER.] Perii misera. quam tu mihi nunc nauem narras? ME. Ligneam,

Saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo. Quam[us]si supellex pellionis: palus palo proxumust.

386. scibo vel cibo || 388. me tibi vel me tibi me || 389. del Bent | dist Vahlenus || 390. malo: corr B<sup>2</sup> | non sanast vel nos (vel non) anast || 391. bexee vel buxee: corr Scu || 398. ME. add B | sed iam: corr C || 401 sq. add et del Pistoris | eccere vel eccere ||

ER. Iám, amabo, desíste ludos fácere atque i hac me-  
cúm semul. 405

ME. †Nescioquem, mulier, alium hómínem, non me  
quaéritis. 407

ER. Nón ego te nouí Menaechmum, Móscho proгна-  
túm patre,

Quí Syracusís perhibere nátus esse in Sicília, 409

Vbi rex Agathoclés regnator fúit, et iterum Pínt[h]ia,

Tértium Liparó, qui in morte régnum Hieroni trádidit,  
Núnc Hierost? ME. Haud fálsa, mulier, praédicas.

<MES.> Pro Iúppiter,

[MES.] Núm istaec mulier íllinc uenit, quae te nouit  
tám cate? 413

ME. Hércle opinor pérnegari nón potest. MES. Ne  
féceris. 415

Périisti, si intrássis intra límen. ME. Quin tu táce  
modo. —

Béne res geritur. ádsentabor, quécquid dicet, múlieri,  
Sí possum hospitiúm nancisci. iám dudum, muliér, tibi

Nón inprudens áduorsabar: hunc metuebam, ní meae

Vxori renúntiaret dé palla et de prándio. 421

Núnc quando uis, eámus intro. ER. Étiam parasitúm  
manes?

ME. Néque ego illum maneó neque flocci fácio neque,  
si uénerit,

Eúm uolo intromítti. ER. Ecastor haúd inuita féceo.

Séd scin quid te amábo ut facias? <ME.> Ímpera  
[ME.] quiduús modo. 425

ER. Pállam illam quam dúdum dederas, ád phrygionem  
ut déferas,

405. desine: *corr Fl* | semul *vel* semel || 407. Nescioquem *vel*  
Nam quem || 408. mosco: *corr C* || 409. syracusis *vel* siracussis ||  
410. *del Gronovius* || 412. est *vel* es | ME. *add B* | salsa || 420. ad-  
uorsabar *vel* aduorsabor || 421. renuntiare: *corr B* || 423. maneo  
*vel* moneo || 424. ecastor *auh vel* ecasto *haud* || 425. scin *vel*  
sin | *add Palm* | impera *vel* impero | ME. *add B, del Palm* ||  
426. frigionem | *ut vel* ui ||

Vt reconcinnétur atque ut ópera addantur quae uolo.

ME. Hércle qui[n] tu récte dicis: eádem | ignorábitur,  
Ne úxor cognoscát te habere, si ín uia conspéxerit.

ER. Ergo mox auférto tecum, quándo abibis. <ME.>

Máxume. 430

<ER.> Eámus intro. ME. Iám sequar te: hunc uolo  
etiam cónloqui.

Eho, Messenió |, accede huc. <MES.> Quid negotist?

<ME.> †sussciri. 432. 433

MES. Quid e[g]o opust? <ME.> Opúst. scio ut me  
díces. MES. Tanto néquior[e].

<ME.> Hábeo praedam: tántum incepti óperis. ei quan-  
túm potes, 435

Ábduc istos ín tabernam actútum deuorsóriam.

Tú facito ante sólem occasum ut uénias aduorsúm mihi.

MES. Nón tu istas meretrices nouisti, éu. ME. Tace,

inquam \* \* \*

Míhi dolebit, nón tibi, siquíd ego stulte féceo.

Múlier haec stulta átque ins<c>itast: quántum perspéxi  
modo, 440

Ést hic praeda nóbis. MES. Peri<i>. iámne abis?  
periít probe:

Dúcit lembum díirectum náuis praedatória.

Séd ego ins<c>itus, quí †drome póstulem moderárier:

Dícto me emít aúdiéntem, haúd imperatórém sibi.

Séquimini, ut, quod ímperatúst, uéniam aduorsum  
témperi. 445

428. quin *vel* quin: *corr Fl* || 432. ME. *add Ca* | sciscitari  
*B*<sup>2</sup> || 434. ergo *B*<sup>2</sup> | *del Py* | opu si opus est | *add Ca* | me dicas  
(mendices *B*<sup>2</sup>) ME.: *corr Ac* | e *vel* e (es *B*<sup>2</sup>): *del Ac* || 435. *add*  
*Ac* | et: *corr Gru* || 436. deuorsoriam *vel* diuorsoriam || 437. solis:  
*corr Lamb* || 438. *lac sign Ca* || 439. stul *vel* stulte || 440. inscia  
est *B*<sup>2</sup> | *dist Ri* || 441. *dist Bo* || 442. lembum | *directum vel*  
*directum: corr B*<sup>2</sup> || 443. inscius *B*<sup>2</sup> | quid (*vel* quod) romé (pro  
me *B*<sup>2</sup>) || 445. Sequimini *vel* Sedquimini ||

## ACTVS III

PENICVLVS  
PARASITVS

Plús triginta †annis natus sum, quom intereá loci  
Númquam quicquam fácinus feci péius neque sceléstius  
Quám hodie, quom in cóntionem médiam me inmersi  
miser:

Vbi ego dum hietó, Menaechmus sé subterduxít mihi  
Átque abít ad amícam, credo, néque me uoluit dúcere.  
Qui illum dei omnes pérduint, quei prímus commen-  
túst ~ - 451

Cóntionem habére, qui homines óccupatos óccupat.  
Nón ad eam rem | ótiosos hómines decuit délegi,  
Quí nisi adsint quóm citentur, cénsus capiat sílico?  
Qu \* \* \* \* quam senatus \* o \* one \* \* 455

\* \* \* \* q \* m l \* \* \* \*  
Ádfatimst hominum, ín dies qui síngulas escás edint,  
Quíbus negoti níl est, qui essum néque uocantur  
néque uocant:

Eós oportet cóntioni dáre operam atque cómitieis. 459  
Seí id ita esset, nón ego hodie pérdidissem prándium:  
Quoí tam credo †datum uoluisse, quám me uideo úfuere.  
Íbo: etiamnum réliquiarum spés animum oblectát meum.  
Séd quid ego uideó? Menaechmus <cúm> corona exít  
foras.

447. neque vel atque || 448. in om A, ut vid || 449. DUM-  
HIETO: dum hi et o vel du mihi et o || 451. QUI: Que vel Quo  
(corr B<sup>2</sup>) | perdunt vel perduint | commentu est: COME|—  
(v. bipart.) | lac sign Weisius || 452. hare vel hac re: corr Scu  
(cum A, ut vid) || 454. CITENTUR: citenetur vel cinetetur (corr  
B<sup>2</sup>) | CAPIAT: capiant || 455 sq. solus habet A (fort. v. bipart.) |  
SENATUSDEU\*\*\*\*CONTIONEMIDAH || 458. QUIESCUNTNEQ: | UO-  
CANT: uocauit (corr B<sup>2</sup>) || 460. ESSE || 461. QUAMME: quam ne  
462. RELIQUARUM | OBLECTATMEUM: obiectat (corr B<sup>2</sup>) me  
463. uideo menaechmum: corr Brivius | add Py (fort. cum A) ||

Súblatumst conuuium: edepol uénio aduorsum témperei.  
Óbseruabo quíd agat hominem: póst adibo atque ád-  
loquar. 465

MENAECHEMVS II. PENICVLVS  
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Potine [ne] út quiescas? égo tibi hanc hodié probe  
Lepidéque concinnátam referam témperei.  
Non fáxo eam esse díces: ita ignorábitur.  
PE. Pallam ád phrygionem fért confecto prándio  
Vinóque expoto, párasito exclusó foras. 470  
Non hércle <ego> is sum quí sum, ni hanc iniúriam  
Meque últus pulcre fúero. obserua quíd dabo. 472. 473  
ME. Pro di ímmortales, quoí homini umquam unó die  
Boní dedistis plús, qui minus speráuerit? 475  
Prandí, potaui, scórtum accubui |: ápstuli  
Hanc quóius heres núnquam erit post húnct diem.  
PE. Nequeó quae loquitur éxaudire clánculum.  
(Satúr nunc loquitur dé me et de partí mea.)  
ME. Ait hánc dedisse mé sibi | atque eám meae 480  
Vxóri surrupuísse. quoniam séntio  
Erráre, extemplo, quási res cum ea essét mihi,  
Coepti ádsentari: múlter quicquid díxerat,  
Idem égo dicebam. quíd multis uerbís <opust>?  
Minóre nusquam béne fui dispéndio. 485  
PE. Adíbo ad hominem: nám turbare géstio.

464. temperi (sic A) vel temoeri || 465. hic habet A: post  
v. 474 reliqui | ATQ: || 466. ne ut vel me ut | EGO: sedco vel sed  
dico || 467. referam (sic A) vel referram || 468. eam vel eum ||  
469. phrygionem (gi corr B): corr ex Nonio || 471. NONER—  
add Ri (fort. cum A) || 472. ULTUS: uultus (corr B<sup>2</sup>) || 474. cf.  
ad 465 || 475 sq. hoc ordine A: inu reliqui | dedistis (sic A) vel  
dedisti | et potaui Priscianus || 477. heres: REF (vel P) ERRES ||  
479. om A | parti vel parte (pallam [?] B<sup>2</sup>, ut vid) || 484. suppl  
Py || 485. pene fui B<sup>2</sup>: fui Donatus ||



ME. Quis hic ést qui aduersus ít mihi? <PE.> Quid  
aís, homo

Leuiór quam pluma, péssume et nequíssume,  
Flagítium | hominis, súbdole ac minúm preti?  
Quid dé te merui, quá me causa pérderes? 490  
Vt súrruipisti té mihi dudum dé foro.  
Fecísti funus méd absenti prándio.

Cur aúsu's fácere, quói(i) ego aequé herés [h]eram?  
ME. Aduléscens, quaeso, quid tibi mecúmst rei,  
Qui míhi male dicas hómíni hic ignoto ínciens? 495  
An tibi malam rem uís pro male dictís dari?

PE. Pol eám quidem †edepol té dedisse intéllego.  
ME. Respónde, adulescens, quaéso, quid nomén tibist?  
PE. Etiám derides, quási nomen non gnóueris?  
ME. Non édepol ego te, quód sciam, unquam ante  
húnc diem 500

Vidí neque gnoui: uérum certo, quisquis es,  
Si | aéquom facias, míhi odiosus né sies.  
PE. Menaécheme, uigila. ME. Vígilo hercle equidem,  
quód sciam.

PE. Non mé nouisti? ME. Nón negem, si nóuerim.  
PE. Tuóm parasitum nón nouisti? ME. Nón tibi 505  
Sanúmst, adulescens, sínciput, intéllego.  
PE. Respónde: súrruipístin uxóri tuae  
Pallam ístanc hodie | átuque dedisti Erótio?  
ME. Neque hércle ego uxorem hábeo, neque ego Erótio.  
Dedí nec pallam súrrupui. [PE.] satin sánus es? 510  
<PE.> Occísast haec res. nón ego te indutúm foras 512

487. aduersum sit: *corr Gru et Bo* || 492. meo: *corr Salm* ||  
493. ausus: *corr Lamb* | cui *vel* quo: *add Brixius* | ea quae  
heris: *corr Lipsius et Bent* || 494. PE. || 495. Qui (*sic A*) *vel* Que |  
homini hic noto *vel* hic noto: *corr B<sup>2</sup>* | inciens *vel* insiens ||  
497. POL: Post || 498. qui *vel* quid | tibi nomen st (*vel* sit): *trai*  
*Weisius cum A*, *ut vid* || 499. GNOUERIS: noueris || 500. QUAD |  
HANC || 501. GNOUI: noui | certo (*sic A*) *vel* orto || 503 sq. *hoc*  
*ordine A*: *inv reliqui* | uigilia *vel* uigida: *corr D* || 508. *add*  
*Bent* || 510 sq. *taliam: corr B<sup>2</sup>* | *del et add Thomas* | occisa si:  
*corr B<sup>2</sup> cum Nonio* ||

Exeíre uidi pállam? ME. Vae capítí tuo.  
Omnís cinaedos ésse censes, tú quia's?  
Tun mé<d> indutum fuisse pallam praédicas? 515  
PE. Ego hércle uero. ME. Nón tu abis quo dígnus es,  
Aut té piari iúbe |, homo insaníssume?  
PE. Numquam édepol quisquam me éxorabit, quín tuae  
Vxórei rem omnem iam, út sit gesta |, éloquar.  
Omnés in te istaec récident contumélliae. 520  
Faxo haúd inultus prándium comédereis.  
ME. Quid hoc ést negoti? sátine, ut quemque cónspicor,  
Ita mé ludificant? séd concrepuit óstium.

ANCILLA. MENAECHEMVS II  
ADVLESCENS

ANC. Menaécheme, amare aít te multum Erótium,  
Vt hóc una opera †ad aurificem déferas, 525  
Atque hú[n]c ut addas aúri pondo | únciam  
Iubeásque spinter nóuom reconcinnárier.  
ME. Et istúe et aliud síquid curarí uolet  
Me cúraturum dícito, quicquíd uolet.  
ANC. Scein, quíd hoc sit spinter? ME. Néscio, nisi  
aúreum. 530  
ANC. Hoc ést, quod olim clánculum ex armáio  
Te súrrupuisse aiébas uxóri tuae.  
ME. Numquam hércle factumst. ANC. Nón memi-  
nísti |, óbsecro?  
Redde ígitur spinter, sí non meminísti. ME. Mane.

513. palla *vel* palam || 514. quia tu es: *trai Ca* || 515. TUME |  
*add Bo* | fuisse pallam *vel* pallam || 520. RECCIDENT || 521. IN-  
ULTUS: inultum *vel* multum || 522. quemque *vel* quemquem ||  
526. hunc *vel* nunc: *del Ri* || 527. Iubeas spinter *Priscianus* ||  
528. ISTUC: istud | uolet *vel* uoles *vel* uolei || 530. SCEINQUID:  
Scin quod || 532. ΑΙΡΑΣ (?) : mebas: *corr B<sup>2</sup>* || 534. Redde (*vel*  
Rede) igitur: ΙΓΙΤΥΡ (?) | non meministi *vel* nomine ministi ||

Immo équidem meminī: nēp̄ hoc est quod illī  
dedei. 535

Istūc: ubi illae armillae sunt, quas unā dedi?

ANC. Numquā dedisti. ME. Nām pol' hoc una dedi. 537

<ANC.> Dicām curare? ME. Dīcīto: curābitur. 539

Et pālla et spinter fāxo referantūr simul.

ANC. Amābo, mi Menaechme, inauris dā mihi,

Faciēda[s] pondo duōm nummum stalāgmia:

Vt tē lubenter uideam, quom ad nos ueneris.

ME. Fiāt. cedo aurum: egō manupretīūm dabo.

ANC. Da sōdes aps te: <egō> post reddiderō tibi. 545

<ME.> Immō cedo aps te: egō post tibi reddām duplex.

ANC. Non habeo. ME. At tu, quādo habebis, tūm dato.

<ANC.> Numquid [me] uis? ME. Haec me cūraturum  
dīcīto —

Vt, quāntum possint, quīque liceant, uēneant. 550<sup>a</sup>

Iamne abiit intro |? abiit, operuīt fores.

\* \* \* \* \* i \* a \* idam.

Di mē [e]quidem omnes ādiuuant, augēt, amant. 551

Sed quid ego cesso, dūm datur mihi occāsio

Tempūsque abire ab hīs locis lenōnieis?

Properā, Menaechme: fēr pedem, confēr gradum.

Demam hānc coronam atque ābiciam ad laeuām manum:  
556

Vt, sī sequentur me, hāc abiisse cēseant.

Ibo ét conueniam sēruom, si poterō, meum,

Vt haec quae bona dant dī mihi | ex mē sciat.

536. *dist Ca* | ubi iclae: *corr B<sup>2</sup> cum A* | dedit: *corr B<sup>2</sup> ||*  
539. *add Ca* | #DICTOCURABITUR: dicit occurabitur (*corr B<sup>2</sup>,  
pers add Ca*) || 540. REFERRATUR || 542. *del Py* | statagmia: *corr  
Py* || 543. *quam: corr B<sup>2</sup> | inter v. 543 et 549 duos tantum  
habuit A* || 545. *add Rī* || 546. *duplex vel duplex* || 547. ME.  
et ANC.: *inv Weisius* | ad *vel at* || 548. *add Weisius | del Ac* ||  
549. *ueneant vel ueniant* || 550<sup>a</sup>. *intro habiit: corr B* || 550<sup>b</sup>.  
*solutus habet A* (*dubius I et A, non IDAM*) || 551. *del Bo* || 553.  
LENONIEIS: lenonis (lenoninis B<sup>2</sup>) || 555. Demam hanc Nonius:  
Demam || 556. si sequentur me hac abiisse Nonius: si qui (vel  
sequi) sequatur hec (hac B<sup>2</sup>) me abiisse ||

MATRONA. PENICVLVS  
PARASITVS

MA. Egone hīc me patiar \* in matrimōnio,  
Vbi uir compilet clānculum quicquid domist 560

Atque ēa ad amicam dēferat? PĒ. Quin tū taces?

Manufēsto faxo iam ópprimes: sequere hāc modo.

Pallam ād phrygionem cūm corona | ēbrius

Ferēbat, hodie tibi quam surrupuīt domo.

Sed ecēam coronam quāam habuīt. num mēntior? 565

Em hac ābiit, si uis pēsequi uestīgiis.

Atque ēdepol' ecēcum | óptume reuórtitur,  
Sed pāllam non fert. MA. Quid ego nunc cum illōc

agam?

PE. Idēm quod semper: mālē habeas. sic cēseō.

Huc cōcedamus: éx insidiis aūcupa. 570

MENAECHEMVS I. MATRONA. PENICVLVS  
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Vt hōc utimūr maxumē more móro 571

molēstoque mūltum atque utī, quique sūnt

optumī, maxumē morem habēnt hunc:

cliētis sibi ómnes uolūnt esse mūltos: 573

bonīne an malī sint, id haūd quaeritānt:

res magīs quaeritūr quam cliētum fidēs quouis-

modī clueat: 575

559. PATIAR\*\*USTRATIN (*vix frustrat vel frustam*): daciari  
(paciari B<sup>2</sup>) in || 561. EAAD: ad || 563. FRYGIONEM: phydronem  
*vel fridionem* | corona *vel* coronam || 564. domo *vel* homo  
566. Em (*sic A*) *vel* heen || 568. illoc *vel* illo || 569. habeat B<sup>2</sup>  
570. Vt concedamus Nonius || 571. more morum: *corr Lipsius*  
572. Molesto que (*vel* qui, *ut vid*) multum: MOLESTOATQ-MULTO  
573. maximi: MAXIMI: *corr Lomanus* | HUNCHABE(nt)M(u)LIOMOR— (?) || 575. duo v. sunt in A (— fides) | cliētum (*sic A*)  
*vel* cliētium ||

síst pauper átque haud malús nequam habétur,  
 sin díues malúst, is cliéns frugi habétur.  
 Quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,  
 Sollicitos patronos habent:  
 Datum denegant, quod datumst, litium pleni,  
 rapaces 580. 581

Virí fraudulénti

Qui aut faénore aut periúriis

Habént rem parátam: †mensae in quo ire.

Eís ubi dicitúr dies, simúl patronis dicitur. 585

(Quippe quí pro illis loquántur, quae male fécerint):  
 (Aut ad populum aut in iure aut ad iudicém rest.)

Sicút me hodie nimis sóllicitum cliens quídam habuit  
 neque quód uolui  
 Agere <h>áu quiquam licítumst: ita me<d> attínuit,  
 ita detínuit. 589

Ápud aediles pro éius factis plúrumisque péssumisque  
 Défexi causam: cóndiciones tétuli tortas, cómfragosas.  
 Aut plus aut minus quam opus fuerat dicto dixeram  
 †controuorsiam

Vt sponsio fieret: quid ille †qui praedem dedit.  
 Néce magis manuféstum ego hominem únquam ullum  
 tenéri uidi:

Ómnibus male fáctis testes trés aderant acérrumi.

Di illum ómnes perdant, íta mihi 596  
 Hunc hódie corrumpít diem:

576. Si est: SIES § 578 sq. unus v. bipart. est in A (om velut bonum): item v. 583 sq. § 579 sqq. cf. ad v. 110 § 580 sq. rapaces: (u)R(it)ATIS (?) § 584. mense in quo rē B<sup>2</sup>: —NQVOLA(\*) § 585. EIS: Lis uiris § 586. secl Herm | LOQUIMUR | FECERUNT § 587. secl Vss | ad iudicem res est: APUDAEDILEMRESEST § 588. NIMIS: minis § 589. AGEREATQU(A)QUAM: Agere quicum: corr Schoe | add Vahlenus | ita (sic A) vel ita me § 590 sq. unus v. bipart. est in B | PROEIUS: proeliis (corr B<sup>2</sup>) | PLURUMISQ-PESSUMISQUE: plurimisq; pessimis qui vel plurimis pessumisq; DEFULI (item B<sup>2</sup>) § 592 sq. cf. ad v. 110 | PIUS | QVAOPUS | FUERATDICO: erat multo | UF adhaeret v. 592 | quid (sic A) vel PE. quid | praedem (sic A) vel praedam § 594. ILLUM § 596—600<sup>a</sup>. binos coniungit B: discr Geppertus (600<sup>b</sup> adhaeret v. 601) § 596. corrumpit B<sup>2</sup> |

Meque ádeo, qui hodié forum 597  
 Vmquam óculis inspexí meis.  
 Diém corrupe | óptumum: 598  
 Iussi ádparari prándium:  
 Amíca expectat mé, scio.  
 Vbi príumst licítum |, ílico 599  
 Properáui abire dé foro.  
 Irátast credo núnc mihi: 600  
 Placábit palla quám dedi,

Quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio. 601  
 PE. Quid aís? MA. Viro me malo mále nuptam.

PE. Satin aúdis quae illic lóquitur?

MA. Satis. ME. Sí sapiam, hinc intro ábeam, ubi mihi  
 bene sít. PE. Mane: male erit pótius.

MA. Né illam [m]ecastor faénerato ábstulisti. <PE.>  
 Síc datur.

<MA.> Clánculum te istaéc flagitia fácere censebás  
 potis [se]? 605

ME. Quíd illuc est, uxór, negoti? MA. Mén rogas?

MA. Aúfer hinc palpátiones. <PE.> Pérge tu. ME.  
 Quíd tú mihi

Trístis es? MA. Te scíre oportet. PE. Scít, se<d>  
 dissimulát malus.

ME. Quíd negotist? MA. Pállam — <ME.> Pallam?  
 <MA.> Quídam pallam — quíd paues?

ME. Níl equidem paueó — nisi unum: pálla pallorem  
 íncutit. 610

PE. Át tu ne clam mé comesses prándium, — perge  
 ín uírum.

597. odie: corr B<sup>2</sup> | inspeximus: corr B<sup>2</sup> § 600. Placabit vel Placebit § 601. cf. ad v. 110 | Quam hodie vel Quam § 602. statim: corr B<sup>2</sup> § 603. habeam: corr B § 604 sq. add Gru | censebas vel tensebas | potes se: corr Lindemannus § 607. MA. vel PE. | Aufer vel Aufer | add Langenus | perge vel perget § 608. Tris es MA. te (vel este): corr B<sup>2</sup> | sit: corr B<sup>2</sup> § 609. MA. add Gru § 610. paulo nisi: corr B<sup>2</sup>D § 611. nec iam me: corr B<sup>2</sup> |

ME. Nón taces? PE. Non <h>ercle uero táceo. nutat né loquar.

ME. Nón <h>ercle ego quidem úsquam quicquam núdo neque nictó tibi.

PE. Níl hoc confidéntius: quin quae uides ea pérnegat.

ME. Pér Iouem deosque ómnis adiuro, — satin hoc ést tibi? — 615

Mé isti non nutásse. <PE.> Credit iám tibi †de istis: illúc redi.

ME. Quó ego redeam? PE. Equidem ád phrygionem cénseo: ei, pallám refer.

ME. Quae istaec pallast? <PE.> Táceo iam, quando haéc rem non meminit suam.

MA. Né ego ecastor múlier misera. ME. Qui<d> tu misera's? mi éxpedi.

Númquis seruorúm deliquit? num ancillae aut serueí tibi 620

Résponsant? elóquere: inpune nón erit. MA. Nugás agis.

ME. Trístis admodúmst. non mihi istuc sátis placet — <MA.> Nugás agis.

<ME.> Céрте familiárium aliquoi irata's. MA. Nugás agis.

ME. Núm mihi's iráta saltem? MA. Núnc tu non nugás agis.

ME. Nón edepol delíqui quicquam. MA. Em, rúrsum nunc nugás agis. 625

<ME.> Díc, mea uxor, quíd tibi aegrest? PE. Béllus blanditúr tibi.

613. usquam *vel* quam | *cf. ad v. 619* || 614. quinq': qui quae *B*<sup>2</sup> || 616. Mei si (*vel* sii) non | *add Ca* | redi *vel* credi || 617. egredeam: *corr B*<sup>2</sup> | phrygionem *vel* phrygionem | *et: corr Gru* || 618. *add Schmiederus* | memini: *corr B*<sup>2</sup> | 619. *post v. 613 extat: trai Kiesslingius* | ecastor *vel* egastor | *add Pareus* | misereres: *corr B*<sup>2</sup> || 620. aut seruet: *corr Gru* (haut seruiet *B*<sup>2</sup>) || 621. Respons (*vel* Responde) ante (Responsanti *B*<sup>2</sup>) loquere: *corr Ca* || 622. admodum es *B*<sup>2</sup> | *dist Schoe* || 623. familiarum *B*<sup>2</sup> | aliquoi *vel* aliquo || 625. rurum: *corr B*<sup>2</sup>*D*<sup>2</sup> ||

ME. Pótin ut mihi moléstus ne sis? núm te appello? MA. Aufér manum.

PE. Sic datur. properáto apsenté mé comesse prándium: Póst ante aedis cúm corona mé derideto ébrius.

ME. Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem. 630

PE. Tún negas? ME. Nego hércle uero. PE. Níl hoc homine audácus.

Nón ego te modo híc ante aedis cúm corona flór<e>a Vídi astare, quóm negabas míhi esse sanum sínciput

Et negabas mé nouisse, pégrinum ai[e]bas ésse te?

ME. Quín ut dudum díuorti abs te, rédeo nunc demúm domum. 635

PE. Nóui ego te. non míhi censebas ésse qui te ulcíscherer:

Ómnia hercle uxóri dixi. ME. Quíd dixisti? PE. Néscio.

†Eampsus ei roga. ME. Quíd hoc est, uxor? quídnam hic narrauí tibi?

Quíd id est? quid tacés? quin dicis quíd sit? MA. Quasi tu néscias.

[Pállá mihist domó surrupta. ME. Pállá surruptást tibi? 639<sup>b</sup>

MA.] Mé rogas? ME. Pol haúd rogem te, sí sciam. PE. O hominém malum: 640

Vt dissimulat. nón potes celáre: rem nouí<t> probe: [PE.] Ómnia hercle ego édictaui. ME. Quíd id est? MA. Quando níl pudet

Néque uis tua uolúntate ipse prófteri, audi átque ades: Ét quid tristis <sim> ét quid hic mihi díxerit, faxó scias.

629. coronam ederi (*vel* deri) deto: *corr B*<sup>2</sup> || 630. detuli *B*<sup>2</sup> || 634. alebas *vel* aiebas: *del Bo* || 635. abs *vel* ads || 636. uoleiscier: *corr B*<sup>2</sup>*D*<sup>2</sup> || 638. Eampsus ei *vel* Eam plus (ipsus *B*<sup>2</sup>) || 639<sup>b</sup>. *secl Ac: cf. 645* || 640. MA. o *vel* ho || 641. *add Ac* || 643. audiat qui (*vel* quid): *corr B*<sup>2</sup> | ades *vel* adest || 644. *add Lamb duce Py* ||

Pálla mihist domó surrupta. ME. Pálla surruptást mihi? 645  
 PE. Viden ut <te> sceléstus captat? huíc surruptast, nón tibi:  
 Nám profecto tibi surrupta si ésset, salua nún<e> foret.  
 ME. Níl mihi tecumst. séd tu quid ais? MA. Pálla, inquam, periít domo.  
 ME. Quís eam surrupuít? MA. Pol istuc ille scit qui illam ápstulit.  
 ME. Quís is homost? MA. Menaéchmus quidam. ME. Édepol factum néquiter. 650  
 Quís is Menaechmust? MA. Tú istic, inquam. ME. Égone? MA. Tu. ME. Quis árguit?  
 MA. Égomet. PE. Et ego: atque huíc amicae détulisti Erótio.  
 ME. Égon dedi? MA. Tu, tú istic, inquam. <PE.> Vín adferri nóctuam,  
 Quae 'tu tu' usque dícat tibi? nam nós iam [nos] defessi sumus.  
 ME. Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 655  
 Nón dedisse — PE. Immo hércle uero, nós non falsum dícere.  
 ME. Séd ego illam non cóndonauí, séd sic utendám dedi.  
 MA. Equidem ecastor tuám nec e<h>lamydem dó foras nec pállium  
 Quoíquam utendum. múlierem aequomst uéstimentum múliebre  
 Dáre foras, uirúm uirile. quín refers pallám domum? 660  
 ME. Ego faxo referétur. MA. Ex re túa, ut opinor, féceris:

645. tibi: *corr amicus Lambini* || 646. Vident ut: *corr B* | *add Lamb* | *capiat: corr Ca* || 647. non: *corr Ca* || 650. Quis hic: *corr Brivius* || 653. dedi MA. tutu *vel* dedit utu (*vel* ut) | *add Schoe* || 654. tututus que: *corr B* || 656. *dist Vahlenus* | MA. immo || 658. ecastor *vel* etastor | *do vel de* ||

Nám domum numquam íntroibis, nísi feres pallám simul.  
 [ME.] E[g]o domum. PE. Quid míhi futurumst, quí tibi hanc operám dedi?  
 MA. Ópera reddetúr, quando quid tibi erit surruptúm domo.  
 PE. Íd quidem edepol núnquam erit: nam níl est quod perdám domi. 665  
 Quá uirum qua uxórem di uos pérđant. properabo ad forum:  
 Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.  
 ME. Mále mihi uxor sesé fecisse cénset, quom excludit foras:  
 Quási non habeam quo íntromittar álium meliorem locum.  
 Sí tibi displiceó, patiundum: at plácuero huíc Erótio, 670  
 Quae me non excludet ab se, séd apud se ocludét domi.  
 Núnco ibo: orabo út mihi pallam réddat quam dudúm dedi.  
 Áliam illi redimám meliorem. <h>e[i]us, équis hic est iánitor?  
 Áperite atque Erótium aliquis éuocate ante óstium.

EROTIVM. MENAECHEMVS I  
 MERETRIX ADVLESCENS

ER. Quís hic me quaerit? ME. Síbi inimicus mágis quam | aetatí tuae. 675  
 <ER.> Meí Menaechme, cúr ante aedis ástas? sequere intró. ME. Mane.

663. *del Bent* || 664. ME. | *Operam: corr B<sup>2</sup>* || 666. Cum uiro cum uxore: *corr Fl* || 670. ad *vel* at || 671. ab se *vel* abste | *l* ocludit *vel* ocludet || 672. reddat *vel* reddo ad || 673. et (*vel* hec) quis: *corr B<sup>2</sup>* || 674. aliquis *vel* aliqui | *hostium: corr C* || 676. *add Ca* | *has stas B<sup>2</sup>* ||

Scin quid est, quod ego ad te uenio? ER. Scio: ut tibi ex me sit uolup[ta].

ME. Immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,

Mihi eam redde: uxor rescuiit rem omnem, ut factumst, ordine.

Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam uoles. 680

ER. Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paulo <pr>ius,

Et illud spinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret nouom.

ME. Mihi tu ut dederis pallam et spinter? numquam factum reperies.

Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi, atque abii ad forum:

Nunc redeo, nunc te postillac uideo — ER. Video quam rem agis: 685

Quae commisi ut me defrueres, ad eam rem adfectas uiam.

ME. Neque edepol te defrudandi causa posco. quin tibi dico uxorem rescuuisse. <ER.> Nec te ultro orauit ut dares:

[ER.] Tute ultro ad me detulisti. dedisti eam dono mihi: Eandem nunc repossis. patiar: tibi habe |, aufer, utere 690

Vel tu uel tua uxor, uel etiam in <1>oculos conpungite. Tu huc post hunc diem pedem intro non ferres, ne frustra sis:

Quando tu me bene merentem tibi habes despiciatui, Nisi ferres argentum, frustra <?> me ductare non potes. Aliam posthac inuenito, quam habeas frustratui. 695

677. Scin vel Sin | del Py || 680. tanto vel tanta || 681. paulo nis (ante B<sup>2</sup>) || 683. tu ut vel ut tu (tu Priscianus) | releceris vel relegeris: corr ex Prisciano || 685. dost illac: corr B<sup>2</sup> | dist Schoe || 686. Quia: corr Bo || 688 sq. add et del Py || 691. add Balbuchius || 692. ferustasis vel frustrassis: corr Py || 694. add Ri | potes vel potest ||

ME. Nimis iracunde hercle tandem. heus tu, tibi dico, mane.

Redi. etiamne astas? etiam audes mea reuerti gratia? Abiit intro, occlusit aedis. nunc ego sum exclusissimus:

Neque domi neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Ibo et consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant. 700

## ACTVS IV

### MENAECHMVS II MATRONA

#### ADVLESCENS

ME. Nimis stulte dudum feci, quom marsuppium Messenioni cum argento concedidi.

Inmersit aliquo sese credo in ganeum.

MA. Prouisam, quam mox uir meus redeat domum: Sed eecum uideo: salua sum, pallam refert. 705

ME. Demiror ubi nunc ambulet Messenio.

MA. Adibo atque hominem accipiam quibus dictis meret.

Non te pudet prodire in conspectum meum, Flagitium | hominis, cum istoc ornatu? ME. Quid est? Quae te res agitat, mulier? MA. Etiamne, impudens, 710 Muttire uerbum unum audes aut mecum loqui?

ME. Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?

MA. Rogas me? <o> hominis impudentem audaciam.

ME. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem

696. dist Ac || 698. Abi vel Abii: corr B<sup>2</sup> | octus itaedis: corr B<sup>2</sup> || 704. uer vel //||ra: corr B<sup>2</sup>D || 707. dictis quibus Nonius | aeret: corr ex Nonio (maeret B<sup>2</sup>) || 710. res te: traí Brivius | agitat vel agit ad | MA. vel ME. || 711. Muttire vel Mittire || 713. add Py || 714. hecubam vel hecubam | qua vel quam ||

Graii esse praedicabant? MA. Non equidem scio. 715  
 <ME.> Quia idem faciebat Hécuba, quod tu nunc facis.  
 Omnia mala ingerébat, quemquem aspéxerat:

Itaque adeo iure coépta appellarist Canes.

MA. Non ego | ista[ha]ec flagitia possum pépeti:  
 Nam méd aetatem uíduam | esse máuelim 720

Quam istaec flagitia túa pati, quae tú facis.

ME. Quid id ad me, tu te nuptam possis pépeti,

An sis abitura a tuó uiro? an mos híc itast,

Peregrino ut aduenienti narrent fábulas?

MA. Quas fábulas? non, ínquam, patiar praeterhac, 725  
 Quin uídua uiuam, quam tuos mores pérferam.

ME. Meá quidem hercle caúsa uidua uíuito

Vel úsque dum regnum óptinebit Iúppiter.

MA. At míhi negabas dúdum surrupuisse te,  
 Nunc eá<n>dem ante oculos áttines: non té pudet? 730

ME. Heu hercle, mulier, múltum et audax ét mala's.

Tun tibi hanc surruptam dicere audes, quam mihi

Dedit ália mulier, út concinnandám darem?

MA. Ne istuc mecastor, iam patrem accersám meum  
 Atque eí narrabo túa flagitia quae facis. 735

Ei, Décio, quaere meum patrem, tecum simul

Vt ueniat ad me |: ita rem | esse dícito.

Iam ego áperiam istaec túa flagitia. ME. Sánan es?

Quae méa flagitia? MA. Pállam | atque aurum meum

Domó suppilas túae | uxori | ét tuae 740

Degéris amicae. sátin haec recte fábulor?

ME. Quaeso hercle, mulier, sí scis monstra quód  
 bibam,

Tuam qui possim pépeti petulántiam.

Quem tú <sup>+</sup>hominem arbitrare, néscio:

Ego té simitu nóui cum Portháone. 745

718. appellare est: *corr B<sup>2</sup> | canis B<sup>2</sup>D<sup>2</sup> || 720. med a te B<sup>2</sup> || 721. ista hec: *corr B<sup>2</sup> || 723. adtuo: *corr B<sup>2</sup> | annos: *corr B<sup>2</sup> | ita est hoc (hic B<sup>2</sup>): *trai Bo || 725. ME. || 735. inarrabo vel enarrabo: *corr B<sup>2</sup> || 736. deceo | quare: *corr B<sup>2</sup> || 741. Dederis B<sup>2</sup> || 745. sime tu (vel itu): *corr Ca ||********

MA. Si mé derides, át pol illum nó n potes,  
 Patrém meum, qui huc áduenit. quin réspicis?

Nouístin tu illum? ME. Nóui cum Calchá simul:

Eodém die illum uídi quo te ante hunc diem.

MA. Negás nouisse mé? negas patrém meum? 750

ME. Idem hercle dicam, sí auom uis addúcere.

MA. Ecástor pariter hóc atque alias rés soles.

SENEC. MATRONA. MENAECHEMVS II  
 ADVLESCENS

SE. Vt aetas meást atque ut hóc usus fáctost,  
 Gradúm proferám, progredí<ri> properábo.  
 Sed id quam mihi facile sit, haud sum fálsus. 755

Nam pérnicitás deserit: consitús sum

Senéctute: onústum geró corpus: uíres

Relíquere. ut aetas malást, mers mala érgost.

Nam rés plurumás pessumás, quom áduenit, adfert.

quás si autumem ómnis, nimís longus sérmost. 760

Sed haec res mihi ín pectore ét corde cúraest:

Quidnam hoc sit negoti quod filia sic 762

Repente expetit me ut ad sese irem

Nec quid id sit mihi certius facit, 763

Quid uelit. quid me accersit?

Verúm propemodúm iam sció, quid siét rei: 764

Credó cum uiró litigiúm natum esse áliquod.

Ita istaec solént, quae uirós subseruire

746. ad (ac B<sup>2</sup>) || 747. respicis *vel* respiscis || 748. Nouistin (vel Nouisti in) tu: Nouistin *Priscianus* | calchante *vel* calcante(s): *corr ex Prisciano* || 749. illum uidi *vel* uidi illum | MA. ante *vel* ante || 750. MA. Negas *vel* Negas || 754. *add Bo* || 755. facile sit mihi: *trai Bo* || 756. conscius (consciús B<sup>2</sup>): *corr ex Nonio* || 758. merx (vel mer/////)) mala ergost: mers mala est ergo *Nonius* || 759. quam *vel* cum: *corr B<sup>2</sup> | adfert *vel* fert || 760. autumem *vel* autumen || 761. corde *vel* corda | cura (vel dura) est: *corr B<sup>2</sup> || 762 sq. cf. ad v. 110 || 763. *distinxiimus* ||**

Sibí postulánt, dote frétae, feróces.  
 Et illi quoque haúd abstinent saepe cúlpa.  
 Verúmst modus tamén, quoad pati úxorem opórtet.  
 Nec pól filia úmquam patrem áccersit ád se, 770  
 Nisi aut quid commíssi †aut iurgist caúsa.  
 Sed id quicquid ést iam sciam. átque eecam  
 eámpse

Ante aedis et eius tristem uirum uideo: id est, quod  
 suspicabar. 773. 774

Áppellabo hanc. <MA.> Íbo <ad>uorsum. [MA.] sálue  
 multum, mí pater. 775

SE. Sálua sis. saluén aduenio? sáluen accersí iubes?  
 Quid tu tristis és? quid ille autem ábs te iratus  
 déstitit?

Néscioquid uos uélitati éstis inter uós duos.  
 Lóquere, uter meruístis culpam, pauci<s>, non longós  
 logos.

MA. Núsquam equidem quicquám deliqui: hoc prímum  
 te absoluó, pater. 780

Vérum uiuere híc non possum néque durare ulló modo:  
 Proím tu me hinc abdúcas. SE. Quid istuc autemst?

MA. Ludibrió, pater,

Hábeor. SE. Vnde? MA. Ab illo quoi me mánda-  
 uísti, meó uiro.

SE. Ecce autem litígium. quotiens tándem | edixí tibi,  
 Vt caueres, néuter ad me irétis cum querimónia? 785

MA. Quí ego istuc, mí páter, cauere póssum? SE.  
 Men intérogas?

Nísi non uis. quotiens monstraui tibi, uiro ut morém  
 geras? 787. 788

769. quoad *vel* quod (quo id *B*<sup>2</sup>) || 771. commissi *vel* com-  
 misi | iurgii (*vel* uirgi *vel* uigil) est || 772. quicquid id: *trai Bo* |  
 eam ipse *B*<sup>2</sup>*D*<sup>2</sup> || 773 sq. *cf. ad v. 110* || 775. *pers add et del*  
*Gul* | ad *add Py* || 776. aduenio *vel* ad uetuo *vel* ad tuo || 778.  
 uos *om Paulus* | ueliati *vel* uelati: *corr ex Nonio Pauloque* | duo  
*Nonius (om Paulus)* || 779. locos || 780. absoluo *vel* absolue ||  
 781. uiuere hic *vel* hic uiuere || 783. qui *vel* cui: *corr B*<sup>2</sup> ||

Quíd ille faciat né id obserues, quó eat, quid rerúm  
 gerat.

MA. Át enim ille hinc amát meretricem ex próxumo.  
 SE. Sané sapit: 790

Átque ob istanc indústriam etiam fáxo amabit amplius.  
 MA. Átque ibi potat. SE. Tuá quidem ille caúsa

potabit minus,  
 Sí[ue] illic, siue alibí lubebit? quae haéc, malum, in-  
 pudéntiast?

Vna opera prohibére ad cenam né promittat póstules  
 Néue quemquam accípiat alienum ápud se. seruirín  
 tibi 795

Póstulas uirós? dare una ópera pensum póstules,  
 Ínter ancillás sedere iúbeas, lanam cárere.

MA. Nón equidem mihi te áduocatum, páter, adduxi,  
 séd uiro:

Hinc stas, illum caúsam dicis. <SE.> Sí ille quid de-  
 líquerit,

[SE.] Múlto tanto illum áccusabo quám te accusaui  
 amplius. 800

Quándo te auratam ét uestitam béne habet, ancillás,  
 pen<um>

Récte praehibet, mélius sa[m]nam est, múlier, mentem  
 súmere.

MA. Át ille suppilát mihi aurum et pállas ex arcís  
 domo:

Mé despoliat, mea órnamenta clam ád meretrices  
 dégerit.

SE. Mále facit, si istuc facit: si nón facit, tu mále  
 facis, 805

790. At *vel* Ad || 792. Atque *vel* At || 793. *del Bo* || 795. Neue  
*vel* Neque | te: *corr Ac* || 796. pensum *vel* pinsum || 797. iubes  
*Varro* | carpere: *corr ex Varrone* || 798. equidem *vel* quidem |  
 mihi te *B*<sup>2</sup>: mittit || 799 sq. illinc *B*<sup>2</sup> | *add et del Ca* | tanta ||  
 801. anpillas || 802. phibet *vel* phibent (phibet *B*<sup>2</sup>) || 803. palla  
 sex *vel* pallas sex (pallam ex *B*<sup>2</sup>) | arcis *vel* artis | modo: *corr*  
*Gul* || 804. iam *vel* tiam me: *corr Ac* ||



Quae insontem insimulés. MA. Quin etiam nunc habet  
pallám, pater,  
<Ét> spinter, quod ad hanc detulerat: nunc, quia  
resciuí, refert.

SE. Iám ego ex hoc, ut factumst, s(c)ibo: <íbo> ad  
hominem atque <ád>loquar.  
Dic mihi istuc, Menaéchme, quod uos díssertatis, út  
sciam.

Quíd tu tristis és? quid illa autem írata abs te dé-  
stitit? 810

ME. Quísquis es, quicquíd tibi nomen ést, senex:  
summúm Iouem

Deósque do testís — <SE.> Qua de re aut quóius  
rei rerum ómnium?

<ME.> Mé neque isti mále fecisse múlieri, quae me  
árguit

Hánc domo ab se súrrupuisse atque ábstulisse †de-  
lurat. 814

Sí ego intra aedis húius umquam, ubi hábitat, pene-  
trauí <pedem,> 816

Ómnium hominum exópto ut fiam míserorum misér-  
rumus.

SE. Sánun es, qui istúc exoptes aut neges te umquam  
pedem

Ín eas aedis íntulis<se> ubi hábitas, insaníssume?

ME. Tún, senex, aís habitare méd in illisce aédi-  
bus? 820

SE. Tú<n> negas? ME. Nego hércle uero. SE. Immo  
†hec eludere negas:

806 sq. insimulés vel insemeles | pater adhaeret v. 807 |  
refert vel refer || 808. hoc ut vel hoc | ibo ex ras B, add Ca | ad-  
quem: corr B<sup>2</sup> | ad add Sarac || 810. Quid vel Qui | tristis B<sup>2</sup> D<sup>2</sup>:  
trix | quid vel quod | illa vel illá | iratam abste destituis (vel de-  
distitus): corr Dousa || 812sq. detestes (detestor B<sup>2</sup> D<sup>2</sup>): corr Gru  
add Py | arguit vel arruit || 814. domo vel dono | deurat B<sup>2</sup> ||  
816. hedis vel edis | suppl Py || 818. nec est e vel necē (necē ut  
B<sup>2</sup>) || 819. ea sedis: corr B<sup>2</sup> | intuleris B<sup>2</sup> || 820. Tunc et ait:  
corr B<sup>2</sup> | med vel m&d vel me || 821. add Bo | neq; vel neo://:

Nisi quo nocte hac <éx>migrasti. — †concede huc flía.  
Quíd tu ais? num hinc éxmigrasti(s)? <MA.> Quem  
ín locum aut <quam> ob rem, óbsecro?  
SE. Nón edepol sció. <MA.> Profecto húdit te hic. non  
tú[te] tenes?

<SE.> Iám uero, Menaéc(h)me, satis iocátus: nunc  
hanc rém [a]gere. 825

<ME.> Quaéso, quid mihi técumst? unde aut quís tu  
homo's? ∪ ∪ ∪

†Tibi aut adeo isti, quae mihi molestast quoquó modo?

<MA.> Viden tu illi(c) oculós uirere? ut uíridis ex-  
oritúr colos

Éx temporibus átque fronte: ut óculi scintillánt,  
uide. 829

ME. Quíd mihi meliust quám, quando illi me ínsanire  
praédicant, 832

Égo me<d> adsimulem ínsanire, ut illos a me apstér-  
ream?

MA. Vt pandiculans óscitatur. quíd nunc faciam, mí  
pater?

SE. Cóncede huc, mea náta, ab istoc quám potest lon-  
gíssume. 835

ME. †Eubi atque heu Brómie, quo me in síluam ue-  
natúm uocas?

Aúdio, sed nón abire póssum ab his regiónibus:

Íta illa me ab laeuá rabiosa fémina adseruát canis:

Póst[t]e autem illic †ircosalus, quí saepe aetate ín sua

corr B<sup>2</sup> | MA. inmo vel immo: corr Ac | negas vel neg& || 822.  
qua B<sup>2</sup> | ac: corr B<sup>2</sup> | concede vel conce | hac: corr Ca || 823.  
agis: corr B | exmigrasti vel exaigrasti: corr Ac | aut ob vel  
aut: suppl Beroaldus || 824. MA.: corr Py | del Mue || 825.  
locatus (locatus B<sup>2</sup>): corr Ca | ac rem: corr B<sup>2</sup> | del Stu || 826.  
lac sign Py || 828. c add Ri | iurere ut vel uire://: corr B<sup>2</sup> ||  
829. scintillant vel sintillant || 833. add Bo || 834. Vt et MA.  
quid vel MA. Vt et quid | pandiculas vel pandiculans || 835.  
potest vel potes || 836. Eubi vel Eum (Heu B<sup>2</sup>) || 837. habire  
vel abire || 839. del Ri | sepe vel sese ||

Péridit eiuem innocentem fálso testimónio. 840  
SE. Vaé capiti tuo. <ME.> Écce, A[p]ollo míhi ex  
oraclo | ímperat,

Vt ego illi<e> oculós exuram lámpadibus ardéntibus.  
MA. Périi, mí patér: minatur míhi oculos exúrere. 843  
ME. Eí mihi, insaníre me aiunt, últro quom ipsi in-  
sániunt. 831

SE. Fília, heus. <MA.> Quid ést? quid agimus? <SE.>  
Quíd, si ego huc seruós cito? 844  
Íbo, adducam qui húnce hinc tollant ét domi deuín-  
ciant, 845

Príus quam turbarúm quid faciat ámplius. †enim ereo.  
<ME.> Ní ócupo aliquod míhi consílium, hí domum  
me ad se aúferent.

Púgnis me uotás in huius óre quicquam párcere,  
Nei á meis oculís abscedat ín malam magnám crucem.  
Fáciam quod iubés, Apollo. SE. Fúge domum quan-  
túm potest: 850

Ne híc te obtundat. MA. Fúgio. amabo, ádserua istunc,  
mí pater,  
Néquo hinc [h]abeat. súmne ego mulier mísera, quae  
illaec aúdio?

ME. Haúd male illanc ámoui \* \* núnc hunc inpurís-  
sumum,

Bárbatum, tremulúm Tithonum, quí cluet Cyc<i>nó patre.  
Íta mihi imperás, ut ego huius mémbra atque ossa  
atque ártua] 855

841. Ve vel SE. Ve | oraclo vel oraculo || 842. add Ri | ex-  
uram vel exurati || 843. Perii (vel Peri) mihi: corr B<sup>2</sup> || 831. aiunt  
vel aiunt | ipse: corr B<sup>2</sup> || 844. MA. add Ac | seruo scito (vel  
scio): corr B<sup>2</sup> || 846. enim (ME. enim D<sup>2</sup>) ereo vel enim (enim  
uero B<sup>2</sup>) || 847. add Schoe | aliquid || 848 sq. dist Ri || 849. Nei  
amiis vel Ne iam meis (his B<sup>2</sup>): corr Vahlenus | oculis vel oc-  
culis || 850. potest vel potes || 852. Nequo vel Neq; | summe vel  
sumne | illa hec vel illaec | audeo: corr B<sup>2</sup> || 853. nunc vel num ||  
854. titanum (item Priscianus): corr Meursius | qui lucet (corr  
Palm) cycno (corr Ri) Priscianus: cycno prognatum || 855. huius  
membra: cuius membra Nonius | artus B<sup>2</sup> ||

Cómminuam illo scípione quem ípse habet. SE. Da-  
bitúr malum,

Mé quidem si attígeris aut si própius ad me accésseris.  
ME. Fáciam quod iubés: securi<m> cápiam ancípitem  
atque húnce senem —:

Ósse fini dédolabo ássulatim uíscera.  
SE. Énim uero illud praécauendumst átque adcuran-  
dúmst mihi. 860

Sáne ego illum metuo, út minatur, néquid male faxít  
mihi.

ME. Múlta mihi imperás, Apollo. núnc equos iunctós  
iubes

Cápere me indomitós, ferocis, átque in currum in-  
scéndere,

Vt ego hunc proterám leonem <u>étulum, olentem,  
edéntulum.

Iam ádstiti in currúm: iam lora téneo, iam stimulum:  
ín manust. 865

Ágite equi, facitóte sonitus úngularum appáreat:  
Cúrsu celeri fácite inflexa sít pedum pernícitas.  
<SE.> Míhin equis iunctís minare? <ME.> Écce, Apollo,  
dénuo

Mé iubes facere ípetum in eum quí stat atque oc-  
cídere.

Séd quis hic est qui mé capillo húnce de curru dé-  
ripit? 870

Ímperium tuóm demutat átque <e>dictum Apóllinis.  
SE. Eu hércle, morbum acrem ác durum \* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \* di, uostrám fidem: 872<sup>b</sup>  
Vel híc qui insanit quám ualuit pauló prius.

858 sq. capiam vel cupiam | Senem adhaeret v. 859: corr  
Ca | dist Gronovius | fini: nisi Nonius || 860. adcura (vel  
adcurã) dum (corr B<sup>2</sup>) si || 864. add Gul | edentius: corr Pius ||  
865. distinximus || 866. apparent: corr Ri || 867. facite vel fa-  
citate | inflexu: corr Doussã | sint vel sunt: corr B<sup>2</sup> || 868. add  
Ca | manare: corr B<sup>2</sup> | ecce vel acce || 871. apollinis vel apol-  
lonis || 872. lac sign Schoe ||

Ei dérepente tántus morbus íncidit.  
Eibo átque accersam medicum iam quantúm potest. 875

MENAECHMVS

Iamne ísti abierunt quaéso ex conspectú meo,  
Qui mé ui cogunt, †ut ualidus insániam?  
Quid céssó abire ad náuem, dum saluó licet?  
\* \* \* \* \*  
Vosque ómnis quaeso, sí senex reuénérit, 880  
Ni me índicetis, quá platea hinc aufúgerim.

ACTVS V

SENEX

Lumbí sedendo |, óculi spectandó dolent,  
Manéndo medicum, dúm se ex opere récipiat.  
Odiósus tandem uíx ab aegrotís uenit.  
Ait se óbligasse crús fractum Aesculápio, 885  
Apóllini autem bráchium. nunc cógito,  
Vtrúm me dicam dúcere medicum án fabrum.  
Atque éccum incedit. móue formicinúm gradum.

MEDICVS. SENEX

MED. Quid esse[t] ílli morbi díxeras? narrá, senex.  
Num láruatus aut cerritus<t>? fác sciam. 890  
Num eúm ueternus aut aqua intereús tenet?  
SE. Quin eá te causa dúco, ut id dicás mihi  
Atque illum ut sanum fácias. MED. Perfacile íd  
quidemst.

879. *lac sign Ri* || 882. *novam scaenam sign Warnerus* | exspectando: *corr ex Ausonio* || 886. *autem vel autem autem* | cogito *vel gito* || 890. *add Brixius duce Ri* || 891. *uetenus: corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* || 892. *id dicas vel dicas* || 893. *quid ast (vel ea est): corr B<sup>2</sup>* ||

Sanúm futurum, méa ego id promittó fide.  
SE. Magná cum cura ego illum curarí uolo. 895  
<MED.> Quin súspirabo plús †sescenta ín dies:  
[ME.] Ita †ego illum cum cura magna curabó tibi.  
SE. Atque éccum ipsum hominem: ópseruemus quam  
rem agat.

MENAECHMVS I. SENEX. MEDICVS  
ADVLESCENS

ME. Édepol ne hic diés peruorsus átque aduorsus mi  
óptigit.  
Quaé me clam ratús sum facere, ea ómnia fecít pa-  
lam 900  
Párasitus, qui mé compleuit flágiti et formídinis:  
Méus Vlixes, suó qui regi tántum conciuít mali.  
Quem égo hominem, †siquidem uiuo, uita euoluám sua.  
Séd ego stultus súm, qui illius ésse dico quaé meas[i]t.  
Meó cibo et sumptu éducatust: ánima priuabó ui-  
rum. 905  
Cóndigne autem haec méretrix fecit, út mos est mere-  
trícus:  
Quía rogo, palla út referatur rúrsum ad uxorém meam,  
Míhi se ait dedísse. eu edepol né ego homo uiuó  
miser.  
SE. Aúdin quae loquitúr? MED. Se miserum praé-  
dicat. <SE.> Adeás uelim.  
<MED.> Sáluos sis, Menaéchme. quaeso, cúr apertas  
bráchium? 910  
Nón tu seís, quantum ísti morbo núnc tuo faciás mali?

894. *eco* || 900. *Quem eclam: corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* || 901. *Parasitus vel Pasitus* | complebit: *corr B<sup>2</sup>* || 902. *tantum vel tantantum* || 903. *nitae uoluam: corr B<sup>2</sup>* || 904. *del Ca* || 906. *meretricibus vel meretricibus* || 907. *pallam D<sup>2</sup>* || 908. *heu B<sup>2</sup>* || 909. *sed: corr B<sup>2</sup>* | at eas *B<sup>2</sup>* || 911. *dist Ri* ||

<ME.> Quin tu te suspēdis? MED. Ecquid sēntis?

SE. Quidni sēntiam?

MED. Nón potest haec rēs ellebori †iungere optinērier.  
Séd quid ais, Menaécheme? ME. Quid uis? <MED.>

Díc mihi hoc quod té rogo:

Álbum an atrum uínum potas? ME. Quin tu is in  
malám cruce? 915

<MED.> Iam hércle oceptat ínsanire prímulum. \* \*

\* \* \*

\* \* \* \* \* ME. Quin tu me intérogas,  
Púrpureum panem án puniceum sóleam ego esse an  
lúteum?

Sóleamne esse auís <s>quamossas, píscis pennatós?

SE. Papae,

Aúdin tu, ut delíramenta lóquitur? quid cessás dare 920  
Pótionis áliquíd, priusquam pércipit ínsánia?

MED. Máne modo: etiam pércontabor. ME. †Alia,  
occidis fábulans.

MED. Díc mihi hoc: solént tibi unquam óculi duri  
fieri?

ME. Quíd? tu me lucústam censes ésse, homo igna-  
uíssime?

MED. Díc mihi, enumquam íntestina tibi crepant,  
quod sēntias? 925

ME. Vbi satur sum, nŭlla crepítant: quándo esurio,  
túm crepant.

MED. Hóc quidem edepol háu pro insano uérbum  
respondít mihi.

912. ME. quidni: *corr Schoe* || 913. (i)unguine B<sup>3</sup> ||  
914. menachme *vel* menechme | quid *vel* ME. quid | dic mihi  
*vel* mihi | te rogo *vel* rogo || 916. *add Ac* | ocepta: *corr B<sup>2</sup>* ||  
*lac sign Schoe duce Rí: ad quam fort. pertinet quod ad Curc.*  
*v. 243 sq. in B adscr. m. saec XIV* (album an atrum uinum  
potas) quid tibi quaesito opus est || 919. quamosas *vel* quam  
ossa (ossas B<sup>2</sup>) || 920. Auditū: *corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* || 922. occidis *vel*  
occipis | fabulam *vel* falam: *corr Ac* || 924. lacustam B<sup>2</sup> ||  
925. mehi: *corr B<sup>2</sup>* | an unquam B<sup>2</sup> | tibi *om Nonius* || 926. tunc  
*Nonius* || 927. haud B<sup>2</sup> ||

Pérdormiscin úsque ad lucem? [ME.] fácilin tu dormís  
cubans? 928

ME. Pérdormisco, sí resolui árgentum quoi débeo. 930

<MED.> \* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

ME. Quí te Iuppitér díque omnes, pércontator, pérdunt.

MED. Nŭnc homo ísaníre oceptat: de íllis uerbis  
cáue tibi.

SE. Ímmo Nestor nŭnc quidemst de uérbis, praeut  
dudúm fuit: 935

Nám dudum uxorém suam esse aiébat rabiosám canem.

ME. Quíd ego dixi? <SE.> Ísanus, inquam, — <ME.>

Egone? <SE.> Tu ístic, [SE.] quí mihi

Etiam me iunctis quadrigis mínitatu's prostérnere.

<ME.> \* \* \* \* \*

<SE.> Égomet haec te uídi facere: égomét haec te <d>

árguo. 940

ME. Át ego te sacrám coronam súrrupuisse Íoui s<cio>:

Ét ob eam rem in cárcerem ted ésse compactúm scio:

Ét postquam es emíssus caesum uírgis sub furcá scio:

Túm patrem occidisse et matrem uéndidisse etiám scio.

Sátin haec pro sanó male dicta mále dictis respódeo?

SE. Óbsecro hércle, médice, propere quídquid facturú's  
face. 946

Nón uides hominem ísanire? MED. S<c>ín quid

facias óptumumst?

Ád me face uti déferatur. SE. Ítane censes? MED.

Quíppini?

928 sq. Perdormiscianus que | facilen B<sup>2</sup> | curans. MED.:  
*corr Scioppius* | *lac sign Rí* || 932. perdunt (i s. scr. B<sup>2</sup>) || 935.  
uerbis *vel* uebis || 936. alebat: *corr B* || 937. *dist Schoe* | tustic  
*vel* custic *vel* istuc || 938. minis status: it *corr B*, u's *Lamb* | *lac*  
*sign Rí* || 940. wide: *corr B<sup>2</sup>* | *add Guy* || 941. iouis *vel* lo iouis:  
*suppl Ca* || 942. ob eam *vel* obeatam | te (*vel* teb) deesse: *corr*  
*B* || 943. Et *vel* E | suffurca *vel* sufurca: *corr B<sup>2</sup>* || 945. respon-  
deo: *corr B<sup>2</sup>* || 946. maledice: *corr B<sup>2</sup>* | facturus: *corr Lamb* ||  
947. optimum es: *corr B<sup>2</sup>* || 948. ut id eferatur *vel* ut defera-  
tur | itana: *corr B<sup>2</sup>* ||

Íbi meo arbitrátu potero cúrare hominem. SE. Age,  
út lubet.

<MED.> [H]Elle[s]borum potábis faxo áliquos uigintí  
dies. 950

ME. Át ego te pendéntem fodiam stímulis trigintá dies.

MED. I, arcesse homines, qui illun<c> ad me déferant.  
SE. Quot súnť sáter?

MED. Proínde ut insaníre uideo, quáttuor, niló minus.

SE. Iam híc erunt. adsérua tu istunc, médice. MED.

Immo ibó domum,

Ūť parentur quíbus paratis ópus est. tu[s] seruós  
iube 955

Húnc ad me feránt. SE. Iam ego illic fáxo erit.

<MED.> Abeó. <SE.> Vale.

ME. Ábiit socerus, ábiit medicus: [nunc] sólus sum.  
pro Iúppiter,

Quíd illuc est, quod †me híc homines ínsanire praé-  
dicant?

Nam équidem, postquam gnátus sum, numquam aégro-  
taui unúm diem:

Néque ego insanió neque pugnas néque ego litis  
coépio. 960

Sáluos saluos álios uideo: nóui | homines, ádloquor.

Án illi perperam ínsanire me áiunt, ipsi insániunt?

Quíd ego nunc faciám? domum ire cúpio |, uxor nón  
sinit:

Híc autem nemo íntromittit: nímis prouentumst né-  
quiter.

Híc er[g]o usque: ad nóctem saltem, crédo, íntromittár  
domum. 965

950 sq. *ordine inv libri: traí Ca* | Helles forum *B*<sup>2</sup> | alios *B*<sup>2</sup> || 952. Larcesse: *corr Pareus* | illum: *corr Ca* || 953. ut *vel* ui | uideor: *corr B* | nihil hominus: *corr B*<sup>2</sup> || 955 sq. tus *vel* tuos | iube *vel* lube | hunc *adhaeret v. 955: corr Lamb* || 957. abiit *vel* habiit | *del Guy* || 959. solus *habet B* || 960. ne litis *Nonius* | cupio: *corr ex Nonio* || 962. perderam | alunt: *corr B*<sup>2</sup> || 964. ne-  
quiter *vel* nequitur || 965. *del Pius* | usce: *corr B*<sup>2</sup> | *dist Bo* ||

## MESSENIÓ. (MENAECHEMVS I)

SERVOS ADVLESCENS

MES. Spectámen bonó seruo id ést, qui rem erilem

Procúrat, uidét, collocát cogitátque,

Ūť ábsente eró rem | erí diligénter

Tutétur, quam si ípse adsit, aut rectiús.

Tergúm quam gulám, crura quam uentrem opórtet

Potióra esse quoí cor modéste sitúmst. 971

Recordetur id, qui nili sunt quid [i]lis preti

Detur ab suis eris ignauis improbis uiris. 973

Verbera, compedes,

Molae, magna

Lassitudo, fames, frigus durum. 975

Haec pretia sunt ignauiae:

Id ego male malum metuo. propterea bonum esse cer-  
tumst potius quam malum.

Nam magis multo patior facilius uerba, uerbera ego odi,  
Nimióque edo lubéntius molitúm quam molitum praé-  
hibeo.

Proptérea eri imperium éxsequor, bene ét sedate  
seruo id: 980

Atque íd mihi prodest. †aliis esse ita ut in rem esse  
ducunt sint: ego ita ero ut me esse oportet.

Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut  
ómnibus in locis sím praesto.

[Seruí qui quom culpá carent metuont, í solent esse  
eris útibiles:

966. seruo id *vel* seruid | rem *vel* re || 968. rē *vel* re |||| ||  
969. si *vel* ipsi | adsit *vel* adscit || 972 sqq. *cf. ad v. 110* || 972.  
Recordetur *vel* Recorde cordetur || 975. Lassitudo *vel* Lascitudo ||  
976. Hęc *vel* Hęc || 978. ego odi *vel* egodi || 979. molitum p̄hibeo  
*vel* mollitum p̄hibeo || 980 sq. exequor *vel* exsecor | seruo id *vel*  
seruo | atque id mihi (*vel* mihi id) prodest *adhaeret v. 980* ||  
Alii *B ex ras* | sint *vel* sin | ita ero *vel* ero || 982. culpa *B*<sup>2</sup> ||  
sim presto *vel* inpresto || 983 sq. *secl Herm (cf. Mostell. 858 sqq.)*  
cum culparent *vel* culpa carent | et metuo ni *vel* et metuunt:  
metuunt hi *B*<sup>2</sup> ||

Nam illi qui nil metuónt, postquam malum †promeritumque ei metuont.]

Metu<a>m <h>aúd multum: propest quándo †ceruso faciam, pretium exsóluet. 985

É<o e>go exemplo séruio, térgi ut in rem esse árbitor. 985<sup>b</sup>

Postquam ín tabernam uása et seruos cónlocaui ut iússerat,

Ita uénio aduorsum. núnc foris pultábo, adesse ut mé sciat.

\* \* \* \* \*  
Néque uirum ex hoc sálto damni sáluom ut educám fora<s>.

Séd metuo ne séro ueniam dépugnato proélio.

**SENEX. MENAECHEMVS I. LORARII. MESSENI**  
ADVLESCENS SERVOS

SE. Pér ego uobis deós atque homines díco, ut imperiúm meum 990

Sápienter habeátis curae, quae ímperaui atque ímpero. Fácite illic homo iam ín medicinam ablátus sublimén siet, Nísi quidem uos uóstra crura aut látera níli pénditis. Cáue quisquam quod illíc minitetur uóstrum flocci fécerit.

Quid státis? quid dubitátis? iam sublimén raptum opórtuit. 995

Ego íbo ad medicum: praésto ero illi, quóm uenietis.  
ME. Óccidi.

985. aut | (prope) est vel es || 985<sup>b</sup>. add Spengelius | terge vel tergo || 986. uasa (vel uas) sed: corr B || 987. me sciat vel misceat | lac sign Schoe || 988. utrum: corr Bo | ute duo anfora: corr Pareus || 989. sero vel seruo || 992. sublimen vel sublimem || 993. nihili penditis vel nihil penditi || 995. satis: corr B<sup>2</sup>D<sup>2</sup> | sublimem D (item v. 1002 D<sup>2</sup>) | oportuit vel oportum ||

Quid hoc ést negoti? quíd illi<s>e<e> homines ád me currunt, ópsecro?

Quid uóltis [q]uos? quid quaéritatis? quíd me circum-<st>stitis?

Quo rápitis me? quo fértis me? perii. ópsecro uostrám fidem,

Epidámnienses súbuenite ciúes. quin me míttitis? 1000  
MES. Pro di ímmortales, óbsecro, quid ego óculis aspició meis?

Erúm meum indigníssume nescióqui sublimén ferunt.  
ME. Écquis suppetiás mihi audet férré? MES. Ego, ere, audacíssume.

O fácinus indignum ét malum,

Epidámni ciúes, erum 1005

Meum híc in pacato ó<p>vido

Lucí deripier in uia, 1006

Qui líber ad uos uénerit.

Míttit<e> istunc. ME. Ópsecro te, quisquis es, operám mihi ut des 1007

Neú sinas in me ínsignite fieri tantam iniúriam.

MES. Ímmo et operam dábo et defendam et súbuenibo sédulo.

Númquam te patiár perire: mé perirest aéquius. 1010  
Éripe oculum istí |, ab umero quí tenet, ere, te óbsecro.

Híce ego iam seméntem in ore faciam pugnosque óbseram.

Máximo hercle hodié malo uostro ístunc fertis: míttite.  
ME. Téneo ego huic oculúm. MES. Face ut oculi

lócus in capite appáreat.

997. add Brixius || 998. del D | circumstatis B<sup>2</sup> || 1000. Epidamnienses (vel menses) || 1001. di immortales vel dum mortales || 1003. aut et: corr B<sup>2</sup> || 1004 sqq. duos v. (—erum) habet B: diser Geppertus || 1005. epidamni (vel nu) || 1006. liberat: corr B<sup>2</sup> || 1007. Mittitis tunc vel Mitti istunc | pers add B | quisquis es vel quisquis | mihi uides: corr B<sup>2</sup> || 1009. subuenibo vel subueniebo || 1010. me derires (vel derideres) te cuius: corr Sarac et Ca || 1013. hodie (vel hodi) malo hercle: trai Bo || 1014. Teneo vel ME. Teneo et ME. face vel face ||

Vós scelesti, uós rapacis, uós praedones. <LOR.>  
Péri<i>mus. 1015

Óbsecro hercle. <MES.> Mittite ergo. <ME.> Quid  
me uobis táctiost?

Pécte pugnīs. MES. Ágite abite: fúgite hinc in ma-  
lám crucem.

Ém tibi etiam: quía postremus cédis, hoc praemí feres.

Nímis [aut] bene [h]ora cómmutauí atque éx mea senténtia.

Édepol, ere, ne tibi suppetias témpore aduení modo. 1020

ME. Át tibi di sempér, adulescens, quísq̄is es, faciánt  
bene:

Nam ábsque te esset, hódie numquam ad sólem occasum  
uíuerem.

MES. Ergo edepol, si récte facias, ére, me<d> emittás  
manu.

ME. Líberem ego te? MES. Vérum: quandoquidem,  
ére, te seruauí. ME. Quid est?

Ádulescens, errás. MES. Quid, erro? ME. Pér Iouem  
adiuró patrem 1025

Mé<d> erum tuóm non esse. MES. Nón taces? ME.  
Non méntior:

Néc meus seruos númquam tale fécit quale tú mihi.

MES. Síc sine igitur, sí tuom negas me ésse, abire  
líberum.

<ME.> Meá quidem hercle caúsa líber ésto atque ito  
quó uoles.

MES. Némpe iubes? ME. Iubeo hercle, siquid ímperist  
in té mihi. 1030

MES. Sáluē, mi patrónē. — ‘Quom tu líber es, Messénio,

1015. perimus: corr Ca || 1016. tactiost vel tactiosi ||  
1017. (#AGITE)ABITE: agite habite || 1018. En: corr Ribbeckius ||  
1019. del Bo | commentauí (commentauí B<sup>2</sup>) || 1022. Nam vel  
Namque | ted (vel te) eēt (eēm B<sup>2</sup>) | hodie vel ME. Hodie |  
solem vel soli (solis B<sup>2</sup>) | uiuerem vel uiuere || 1023. add Bo |  
emittas vel mittas || 1024. Liberē vel Libertē (Liberū B<sup>2</sup>) ||  
1026. add Bo || 1027 sq. numquam vel umquam | post v. 1028 iterantur  
v. 1037—1043 in libris praeter A, qui inter v. 1026 et 1034  
sex v. habuit (an om v. 1031 sq.?) || 1029. atque ito vel at quito ||

Gaúdeo.’ — [MES.] Credo hercle uobis. — séd, patrone,  
te óbsecro,

Né minus imperés mihi, quam quóm tuos seruós fui.

Ápud te<d> habitabo ét quando ibis úna tecum ibó  
domum.

ME. Mínume. MES. Nunc ibo ín tabernam, uása atque  
argentúm tibi 1035

Réferam. rectest óbsignatum in uídulo marsúppium  
Cúm uiatico: íd tibi iam huc ádferam. ME. Adfer  
strénue.

MES. Sáluom tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo | : hic  
mé mane.

ME. Nímia mira míhi quidem hodie exórta sunt mirís  
modis.

Álii me negánt eum esse quí sum atque excludúnt  
foras. 1040

\* \* \* \* \*  
Étiam hic seruom sé meum esse ai[e]bat, quem égo  
modo emisí manu.

Ís ait se mihi állaturum cum árgento marsúppium:

Íd si attulerit, dícam ut a me ábeat líber quó uolet,

Né tum, quando sánus factus sít, a me argentúm  
petat. 1045

Sócer et medicus me ínsanire aiébant. quid sit, míra  
sunt:

1034. add Guy || 1035. (TABER)NA | uasa atque (sic A) vel  
uassa at || 1036. recte est vel ME. recte est | post 1036 in libris  
praeter A iteratur 1044: cf. ad 1027 sq. || 1037. Cum vel Quom |  
íd vel MES. (vel ME.) id | ME. vel MES. || 1038. MES. add B | tibi  
ita (sic Nonius) vel tibi itē vel itē tibi | reddebo vel redhibeo (vel  
sed habeo): corr ex Nonio | hic me mane vel hic mane (vel mane)  
vel hic || 1039. quidem hodie vel quidem | miris vel multis ||  
1040. excludunt vel exclusum | lac sign Ri || 1042. pro Etiam hic  
(sic A, ut vid) alt. loco (cf. ad 1027 sq.) est: Vel ille qui se petere  
modo argentum modo qui | se meum esse vel esse se meum | del  
Brixius | ego modo vel ego || 1043. se mihi vel se | marsu(p)-  
pium vel marso(p)pium. || 1044. cf. ad v. 1036 | Id si vel ME.  
Ipse | abeat vel habeat || 1045. Nec (vel Ne) dum: corr Lamb ||  
1046. dicebant: corr Ca ||

Haec nilo esse mihi uidentur setius quam somnia.  
 Nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam sus-  
 censet mihi,  
 Sei possum exorare, ut pallam reddat, quam referam  
 domum.

**MENAECHMVS II. MESSENIO**  
 ADVLESCENS                      SERVO

ME. Men hodie usquam conuenisse te, audax, audes  
 dicere, 1050

Postquam aduersum mihi imperavi ut huc uenires?  
 MES. Quomodo

Erupui, homines qui ferebant te sublimen quat(uor),  
 Apud hasce aedis. tu clamabas deum fidem atque  
 hominum omnium,

Quomodo ego accurro teque eripio uel pugnando, ingratius.  
 Ob eam rem, quia te seruauimus, me amisisti liberum. 1055  
 Quomodo argentum dixi me petere et uasa, tu quantum  
 potest

Praecurristi obuam, ut quae fecisti infitias eas.

ME. Liberum ego te iussi abire? <MES.> Certo.  
 <ME.> Qui(n) certissimumst  
 Mepte potius fieri seruom, quam te umquam emittam  
 manu.

1047. nihilo minus esse uidetur *Gellius* | setius vel secius  
 (secus B<sup>2</sup>): sectius *Gellius* | somnia vel somna || 1048. succenset  
 B<sup>2</sup> || 1050. conuenisse te vel conuenisse || 1051. quin vel quo ||  
 1052. ERUPUI: Eripui | qui te ferebant (item A, ut vid): trai  
 Gru | sublimen vel sublimem || 1054. uel inpugnando vel op-  
 pugnando: corr Ca || 1055. Ob eam vel Obeatam || 1056. argen-  
 tum vel argento | potest vel potes: —s || 1058. cui: corr Sarac ||  
 1059. Mepte vel Meapte | emittam vel emit a ||

**MENAECHMVS I. MESSENIO. MENAECHMVS II**  
 ADVLESCENS                      SERVO                      ADVLESCENS

ME. I. Si uoltis per oculos iurare, nilo hercle ea causam  
 magis 1060

Facietis ut ego <hinc> hodie abstulerim pallam et  
 spinter, pessumae.

MES. Pro di immortales, quid ego uideo? ME. II.  
 Quid uides? MES. Speculum tuom.

ME. II. Quid negotist? MES. Tuast imago: tam con-  
 similest quam potest.

ME. II. Pol profecto haud est dissimilis, meam quom  
 formam noscito.

ME. I. O adulescens, salue, qui me seruauisti, quis-  
 quis es. 1065

MES. Adulescens, quaeso hercle, <e>loquere tuom mihi  
 nomen, nisi piget.

ME. I. Non edepol ita prouerui de me, ut pigeat  
 quae uelis

— — — — — mihi st Menaechmo nomen. ME. II. Immo edepol  
 mihi.

ME. I. Siculus sum Syracusanus. ME. II. †Ea domus  
 et patriast mihi.

ME. I. Quid ego ex te audio? ME. II. Hoc quod res est.  
 MES. Noui equidem hunc: erus est meus.

Ego quidem huius seruos sum, sed me(d) esse huius  
 credidi. 1071

1061. add *Ri* (v. bipart. in A) | pessime vel pesmae ||  
 1063. tumst | consiliaest (consimilis est B<sup>2</sup>): —LES:  
 corr Schoe | q ————— m (quantum, ut vid) || 1064. meam vel  
 mea | quam (q, B<sup>2</sup>): corr *Ac duce Py* | noscito vel nos scito ||  
 1065. ————— q (uis) q ————— | seruauisti vel seruasti ||  
 1066. queso vel ques | add *Fl* | piger vel piget || 1067. Non  
 medepol vel Non me edepol: corr B<sup>2</sup> || 1068. lac sign *Ri* ||  
 1069. Siculus vel Si c/////dus || 1070. noui vel noui Noui | meus  
 vel mihi || 1071. add *Pareus* ||



Ego hunc censebam té<d> esse: huic etiam éxhibui  
negótium.

Quaéso ignoscas, síquid stulte dixi atque inprúdens tibi.  
ME. II. Délirare míhi uidere. nón commeministí semul  
Té hodie mecum éxire ex nauí? MES. Énim uero  
aequom póstulas. 1075

Tú erus es: tu séruom quaere. tú salueto: tú uale.  
Húnc ego esse aíó Menaechmum. ME. I. Át ego me.  
ME. II. Quae haec fábulast?

Tú's Menaechmus? ME. I. Mé esse dico, Móscho pro-  
gnatúm patre.

ME. II. Tún [a] meo patrés prognatus? ME. I. Ímmo  
equidem, adulescéns, meo.

Tuóm tibi neque óccupare néque praeripere póstulo. 1080  
MES. Di ímmortales, spem ínspertam dáte míhi, quam  
súspicor.

Nám nisi me animus fállit, hi sunt géminei germaní duo:  
Nam ét patriam et patrém commemorant páriter qui  
fuerínt sibi.

Séuocabo erúm. Menaechme. ME. <I et II.> Quíd uis?  
MES. Nón ambós uolo.

Séd uter uostr<or>úmst aduectus mécum nauí? ME. I.  
Nón ego. 1085

ME. II. Át ego. MES. Te uolo ígitur. huc concéde.  
ME. II. Concessí. quid est?

MES. Íllíc homo | aut sýcophanta aut géminus est  
fratér tuos.

Nam égo hominem homini<s> símiliorem númquam  
uidi | álterum,

1072. *add Pareus* | exhibui *vel* exhibui || 1074. *semul vel si-*  
*mul* || 1075. MES. *vel* ME. | enim uero aequom *vel* aequum ||  
1076. estu *vel* es MES. tu | quaere tu *vel* quaere || tu uale  
*vel* tu || tu uale || 1077. Hunc *vel* MES. Hunc | menaechmum *vel*  
menechum || 1079. a *vel* á: *del Py* | adolescens meo *vel* ado-  
lescens || 1081. Dii immortales *vel* Dum mortales | suspico: *corr*  
*B*<sup>2</sup> || 1083. et patrem et matrem: *corr Lipsius* | qui *vel* que ||  
1084. *add Ca* || 1085. *add Gru* || 1086. ME. At ego MES. *vel* MES.  
At ego || 1088. *add Wesenbergius* ||

Néque aqua aquae neque láctest lacti<s>, créde míhi,  
usquam símilis,

Quam híc tuíst tuque húius autem: póst[ea] eandem  
patriam ác patrem 1090

Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.  
ME. II. Hércle qui tu me ádmonuíst récte et habeo  
grátiam.

Pérge operam dare, ópsecro hercle. líber esto, si ín-  
uenis

Húnc meum fratrem ésse. MES. Spero. ME. II. Ét  
ego idem speró fore.

<MES.> Quíd ais tu? Menaéchnum opinor té uocari  
díxeras. 1095

ME. I. Íta uero. MES. Huic itém Menaechmo nómen  
est. in Sicília

Té Syracusís natum esse díxísti: híc natúst íbi.  
Móschum tibi patrém fuisse díx<is>ti: huic itidém fuit.

Núnc operam potéstis ambo míhi dare et uobís simul.  
ME. I. Prómeruísti ut néquid ores quód uelis quin  
ínpetres. 1100

[MES.] Tám quasi me emerís argento, líber seruibó tibi.  
<MES.> Spés mihist uos ínuenturum frátes ger-  
manós duos

Géminos, una mátre natos ét patre uno unó die.  
ME. I. Míra memoras. útinam efficere quód pollicitu's  
póssi<e>s.

MES. Póssum. sed nunc ágite uterque id quód rogabo  
dícite. 1105

ME. I. Vbí lubet, roga: réspedeso. níl reticebo quód  
sciam.

1089. Neque (*sic Priscianus*) *vel* MES. Nec | neque *Priscia-*  
*mus*: nec | *add Ri* || 1090. *del Bo* || 1091. melius est *vel* melius ||  
1092. qui *vel* quin || 1094. MES. spero MES. *vel* spero MES.:  
*corr Lamb* || 1095. *add Lamb* | ais *vel* agis || 1096. ME. Ita uero  
MES. *vel* Ita uero || 1098. dixit *vel* dixti: *corr Pareus* || 1101 sq.  
*del et add Ca* | inuenturos: *corr Lamb* || 1104. pollicitus: *corr*  
*Lamb* | *add Ca* || 1105. agite *vel* cogite ||

MES. Est tibi nomén Menaechmo? ME. I. Fáteor.  
 MES. Est itidém tibi?  
 ME. II. Est. MES. Patrem fuísse Moschum tibi ais?  
 ME. I. Ita uero. ME. II. Ét mihi.  
 MES. Esne tu Syrácusanus? ME. I. Cérto. MES.  
 Quid tu? ME. II. Quíppini?  
 MES. Óptume usque adhuc conueniunt sígna. porro  
 operám date. 1110  
 Quid longissumé meministi, díe mihi, in patriá tua?  
 ME. I. Cúm patre ut abii Tarentum ad mercatum:  
 póstea  
 Inter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.  
 ME. II. Iúppiter suprême, serua mé. MES. Quid  
 clamas? quín taces?  
 Quót eras annos gnátus, quom te páter a patria |  
 áuehit? 1115  
 ME. I. Séptuennis: nám tunc dentes míhi cadebant  
 prímulum.  
 Néque patrem tumquam postilla uídi. MES. Quid?  
 uos t[r]úm patri  
 Fílii quot erátis? ME. I. Vt nunc máxume me-  
 miní, duo.  
 MES. Vter eratis, tún an ille, máior? ME. I. Aeque  
 ambó pares.  
 MES. Qui íd potest? ME. I. Geminei ámbo eramus.  
 ME. II. Dí me seruátum uolunt.  
 MES. Si ínterpellas, égo tacebo. ME. II. Pótius taceo.  
 MES. Díe mihi: 1121

1108. ME. et *vel et* || 1109. Esne *vel* Est ne | tu ME. *vel* tu scilicet ME. || 1112. abii arentum *vel* habitarem tum || 1113. auehi *vel* abii(t) || 1115. Quot *vel* MES. Quot | gnatus *vel* gnatos | quam *vel* cum | patria auehit *vel* patia uehit || 1116. nam tunc *vel* iam nunc || 1117. postilla *vel* pusilla *vel* postilli (post illac B<sup>2</sup>) | *del Colvius* || 1118. Fílii quot eratis *vel* Fílii quot erratis | maxime memini *vel* maximemini || 1119. Vt erratis *vel* Vteratis: *corr CD*<sup>2</sup> || 1120. ME. gemini *vel* geminei | eramus *vel* erramus || 1121. ME. potius taceo *vel* potius tacebo ||

Vno nomine ámbo eratis? ME. I. Mínume: nam mihi  
 hóc erat,  
 Quód nunc est, Menaéchmo |, illum túm uocabant  
 Sósiclem.  
 ME. II. Sígna adgnoui: cóntineri quín conplectar nón  
 queo.  
 Mí[hi] germane gémine frater, salúe: ego sum Sósicles.  
 ME. I. Quómodo igitur póst Menaechmo nómen est  
 factúm tibi? 1126  
 ME. II. Póstquam ad nos renúntiatumst te \* \* \* \* \*  
 \* \* \* \* \* \* \* \* \* \* ét patrem esse mórtuom,  
 Áuos noster mutáuit: quod tibi nómen est, fecit mihi.  
 ME. I. Crédo ita esse factum ut dicis. séd mihi hoc  
 respondé. ME. II. Roga. 1130  
 <ME. I.> Quid erat nomen nóstrae matri? ME. II.  
 Teúximarc<h>ae. ME. I. Cónuenit.  
 Ó salue, insperáte, multis ánnis post quem cónspicor.  
 ME. II. Fráter, et tu, quém ego multeis míserieis  
 labóribus  
 Vsq̄ue adhuc quaesíui quemque ego ésse inuentum  
 gaúdeo.  
 MES. Hóc erat, quod haéc te meretrix huíus uocabat  
 nómine: 1135  
 Húnc censebat té esse, credo, quóm uocat te ad  
 prándium.  
 ME. I. Námque edepol t̄hic mihi hodie iussi prándium  
 adparári<er>  
 Clám meam uxorém, quoi pallam súrrupui dudúm domo:

1122. mihi hoc *vel* mihi || 1123. sosiclen: *corr C* || 1126. est factum *vel* est factum est || 1127 sq. *lac sign Ri* || 1129. quod *vel* quid || 1130. ita esse *vel* ita | ME. roga *vel* roga || 1131. Quod B<sup>2</sup> | teuximarc: *corr Ri* | ME. conuenit *vel* conuenit ME. || 1132. annis multis (*sic A*) *vel* multis annis | postquam (*sic A*) *vel* post quem || 1133. ME. Frater et (*sic A*) *vel* Frater. ME. et | MULTIS MISERIEIS: multis miseris || 1135. meretrix *vel* meretrix || 1137. parai (parari B<sup>2</sup>) *vel* adparandum *vel* adprandium: *corr Ca duce Py* || 1138. quia: *corr B*<sup>2</sup> ||

Eám dedi huic. ME. II. Hanc dícis, frater, pállam quam  
ego habeo? ME. I. \* \*

Quómodo haec ad té peruenit? ME. II. Méretrix,  
<quae> huc ad prándium 1140

Me ábduxit, me síbi dedisse aiébat. prandi pérébene,  
Pótaui atque accúbui scortum: pállam et aurum hoc  
1142

ME. I. Gaúdeo edepol, síquid propter mé tibi euenít  
boni: 1144

Nám illa quom te ad sé uocabat, †me esse crédidit.  
MES. Númquid me moráre, quin ego líber, ut iustí,  
siem? 1146

ME. I. Óptimum atque aequíssimum orat, fráter: fac  
causá mea.

ME. II. Líber esto. ME. I. Quóm tu's líber, gaúdeo,  
Messénio.

MES. Séd meliorest ópus auspicio, ut líber perpetuó  
siem.

\* \* \* \* \* 1150

ME. II. Quóniam haec euenére, frater, nóstra | ex  
senténtia,

Ín patriam redeámus ambo. ME. I. Fráter, faciam ut  
tú uoles.

Aúctionem hic fáciam et uendam quícquid est. nunc  
ínterim

Eámus intro, fráter. ME. II. Fiat. MES. Scítin quid  
ego uós rogo?

ME. I. Quíd? MES. Praeconíum mihi ut detis. ME. I.  
Dábitur. MES. Ergo núnciam 1155

1139. DEDEI (vel IT) | habeo ME.: post HABEO v. bipart. ||  
1140. meretrix vel meritrix | add. Ri || 1142. POTAUI: Dotauí  
lac sign Ca || 1146. quin (sic A, ut vid) vel quan vel cum  
iustis eam || 1149. meliore est (sic A, ut vid) vel melior est  
1150. lac sign Ri || 1151. EUENERE: euenerunt | nostra etiam A ||  
1052. AMBOFRATER# | ut tu (sic A) vel ut || 1153. est nunc  
(sic A) vel est || 1154. #FIAT#: fiat MES. (vel ME.) || 1155. MES.  
praeconium mihi ut detis ME. (sic A) vel MES. mihi prae-  
conium uidetis ME. | #EGO: ergo ||

Vís conclamari aúctionem? ME. I. Fóre quidem die  
séptimi.

<MES.> Aúctio fiét Menaechmi máne sane séptimi.  
Vénibunt seruí, su[p]pellex, fúndi | aedes: ómnia  
Vénibunt quicquí licebunt, praésenti pecúnia.  
Vénibit — uxór quoque etiam, síquis emptor uénerit.  
Vix credo auctióne tota cápiet †quinquagesis aes. 1161  
Núnc spectatorés ualete et nóbis clare plaúдите.

1156. #FORE: fore || 1157. add Ca || 1158 sqq. Venibunt (bis)  
et Venibit (sic A) vel Veniebunt et Veniebit || 1161. tota  
auctione: traí Bo (cum A, ut vid) | QUINQUAGESISAES: quin-  
quagesaeas vel quinquagesies (quinquages B<sup>2</sup>) || 1162. plaudite  
(sic A) vel applaudite ||

Bei B. G. Teubner in Leipzig sind erschienen:

WÖRTERBUCH  
zu  
**XENOPHONS ANABASIS.**

Für den Schulgebrauch bearbeitet

von

**Ferdinand Vollbrecht,**

Rektor zu Otterndorf.

Mit 70 in den Text eingedruckten Holzschnitten, drei lithogr. Tafeln  
und einer Karte.

Zweite Aufl. gr. 8. geh. 1 Mark 80 Pf.

**Benseler-Schenkl's**

Griechisch-deutsches und Deutsch-griechisches

**SCHUL-WÖRTERBUCH.**

- I. Band: Griechisch-Deutsch. Von G. E. Benseler. 5. Aufl.  
Besorgt von J. Rieckher. gr. 8. geh. Preis 6 M. 75 Pf.  
II. Band: Deutsch-Griechisch. Von K. Schenkl. gr. 8.  
2. Aufl. geh. Preis 8 Mark 40 Pf.

**Schulwörterbuch zu C. J. Cäsar mit besonderer Berücksichtigung der Phraseologie.** Von Dr. H. Ebeling. gr. 8. geh. 1 Mark.

**Wörterbuch zu den Lebensbeschreibungen des Cornelius Nepos.** Für den Schulgebrauch herausgegeben von H. Haacke. 4. Aufl. 8. 1875. geh. 1 Mark. [Mit dem Text des Nepos 1 Mark 20 Pf.]

**Schulwörterbuch zu Cornelius Nepos mit besonderer Berücksichtigung der Phraseologie.** Von Dr. H. Ebeling. gr. 8. geh. 80 Pf.

**Wörterbuch zu den Fabeln des Phädrus.** Für den Schulgebrauch herausgegeben von N. Schaubach. 8. 1870. geh. 60 Pf. [Mit dem Text des Phädrus 90 Pf.]

**Wörterbuch zu Siebelis' tirocinium poeticum.** Von A. Schaubach. 3. Aufl. gr. 8. 1874. geh. 45 Pf.

# Lateinisch-deutsches und deutsch-lateinisches SCHUL-WÖRTERBUCH

von

**Friedrich Adolph Heinichen,**

Dr. der Phil. und Licentiaten der Theologie, Gymnasialprorector a. D. und Professor.

Erster Theil:

Zweiter Theil:

**Lateinisch-deutsch.**

**Deutsch-lateinisch.**

2. Aufl. Lex.-8. 1870. geh. 5 Mark 40 Pf.

2. Aufl. Lex.-8. 1871. geh. 4 Mark 80 Pf.

Dieses neueste lateinische Wörterbuch ist für den ganzen Cursus des Gymnasial-Unterrichts bestimmt und hat bereits in den meisten Schulen Deutschlands Eingang gefunden. Seine Vorzüge vor ähnlichen compendiösen Wörterbüchern sind allgemein anerkannt.

---

## Wörterbuch

zu

# Ovid's Metamorphosen.

Von

**Dr. Johannes Siebelis.**

2. Aufl. Besorgt von Fr. Polle. gr. 8. geh. 2 Mark 70 Pf.

Der durch seine Ausgabe der Metamorphosen (5. Aufl. 1867) und anderer Schulbücher rühmlichst bekannte Verfasser bietet in diesem Wörterbuche ein neues Hilfsmittel für das Verständniß der Metamorphosen, das den Bedürfnissen der Schule und der Wissenschaft gleichzeitig Rechnung trägt.

---

## Reallexikon des classischen Alterthums für Gymnasien.

Im Verein mit mehreren Schulmännern herausgegeben

von

**Dr. Fr. Lübker.**

**Vierte durchgängig verbesserte Auflage.**

70 Bogen. Lex.-8. Mit vielen Abbildungen. geh. 12 Mark.

Das Buch hat eine so ausserordentlich günstige Aufnahme gefunden, dass drei starke Auflagen rasch hintereinander nöthig wurden. Dasselbe wird vorzugsweise gern zu Prämien benutzt.